Cum eniz pertineat ad rationem martirij. vt aliquis firmiter stet in veritate et iusticia contra persequentiũ impetum. Et ad fortitudinem pertineat confirmare hominẽ in bono virtutis contra pericula precipue mortis. patet martiriuz esse actum fortitudinis, dum fidem et iusticiam non deserit martyr propter. imminentia pericula mortis in quodam certamine particulari a persecutorib⁹ imminenti. Unde Cyprianus in sermone ait. Uidit admirans presentiũ multitudo celeste certamen in prelio stetisse seruos christi voce libera. mẽte incorrupta virtute diuina. Et de martiribus canit ecclesia. Fortes facti sunt in bello. Est autem triplex martirium ꝑm Bernardũ. in sermone sanctorũ martirũ. scilicet martyrium voluntatis tantũ. martirium operis tantũ martyrium operis et voluntatis simul. Primum sustinuit Johan. euangel⁹. cui dictũ est z germano ei⁹ Calicem meum bibetis Math. vicesimo. Unde Cipzianus. In seruis dei, apõ quos cogitatur martyrium et mente concipitur animus ad bonum deditus iudice deo coronat. Aliud est enim martiribus animũ deesse, aliud animo fuisse martyrum de peniten. distin. prima nũquid. quod tamen intelligenduz est de corona aurea. non aureola. Secundũ martyriuz fuit in innocentibus. Quamuis enim quidam dixerunt q in eis miraculose acceleratus fuit vsus liberi arbitrij. ita q etiam voluntarie martirium passi sunt tamen ꝑm beatũ Thomam. quia per autoritatẽ scripture hoc nõ probatur. melius dicit q martyrij gloriam quam in alijs propria voluntas meretur. illi p uuli occisi per dei gratiã sunt assecuti. Unde Augusti. in sermone ait Ille de nostra corona dubitauit in passione pro christo qui etiã paruulis baptismũ pro desse non extimat christi. Non habebatis etatẽ qua passurum christũ credere tis. sed habebatis carnem. in qua ꝓ christo passuro passionẽ sustineretis Martirium voluntatis et operis sustiuuit Stephanus cũ alijs adultis martiribus. quod martirium oĩe pene debitum soluit z subito aduolare facit ad celum. Unde dicitur extra de cele. miss. Cum marthe. q iniuriaz facit martyri qui orat pro martyre. Et q sit maximus actus fortitudinis ostendit Cipzianus dicẽs in epla quadam. O beati martires quibus vos laudibus predicem. O milites fortitudinis robur corporis vestri quo pconio vos explicẽ.

Ad rationem autẽ martirij stricte sumpti tria requirũtur. videlicz gratia, seu charitatis beniuolentia, mortis pena. z fidei causa. §. I

Primũ requirit quia sine ea non esset fructuosuz. Unde apostol⁹. i. ad Corinthi. xiij. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, scilz per martirij. charitatem autẽ non habeaz. nihil mihi prodest. s. ad regnũ celorũ obtinendũ. Et ꝑm augusti. qui sic ait. Si qs non habens charitatẽ in aliquo scismate constitut⁹. ne christũ neget patit turbationes, angustias, famẽ, nuditatẽ, persecutiones, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, flammas vel bestias, vel ipsam crucẽ timore gehenne, nullo modo sunt ista culpãda sed laudanda patientia. Et quod ait apostolus. Nihil prodest. intelligat ad regnum celorũ obtinenduz non ad extremi iudicij supplicij tolerabilius subeũdum de penitẽ. distin. iij. si quis. Ipsa autẽ sufferentia martirij demonstrat maxime perfectiõem charitatis, quia per ipam cõtemnitur quod maxime amat. scilicz vita temporalis. Unde christus Johã. xiij. Maiorem charitatẽ nemo habet zc, id est maius signũ caritatis. Secundũ quod est de ratiõe martirij est pena nõ quecũqz sed mortis. Unde maxim⁹ dicit in sermone de martire q vincit pro fide moriendo. quicqd vincerek sine fide viuendo. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho, secũda secũde. q. cxxiij. q martyr dicik quasi testis. fidei xpiane. per quaz nobis visibilia pro inuisibilib⁹ contẽnenda proponũtur. vt dicik ad Hebre. xi. Unde ad martirij pertinet vt homo testificetur fidẽ ostendẽs operẽ se cũcta pnitia contenere. vt ad futuraz inuisibilia bona perueniat. Quãdiu aũt homi remanet vita corpalis nondũ ope ostẽdit se cũcta tempalia despicere. Nam cõsueuerũt homines z consanguineos z oĩa bona possessa contenere. z etiam dolores corporis pati. vt vitam cõseruent. Unde z sathan cõtra Job. i. dixit Pellem pro pelle. z cuncta que habet homo dabit pro ania sua id est vita. Et iõ ad perfectiõem martirij requirit mortẽ, sustinere propter xpm. Unde nec martirij proprie dicik pro sola tolerantia carceris. vel exilij vel rapine diuitiarũ. vel alicuius cruciatus, sicut sustinuit Johan. euangelis. flagella, oleum feruẽs, z exilium. nisi forte ꝑm quid. quia ex his quandoqz sequik mors. z si non subito. Unde ecclesia celebrat martiriũ marcelli pape in stabulo quiescẽtis, quia illam mortẽ incurrit ex flagellis et alijs afflictionib⁹ prius sibi illatis. Tertiuz qõ requirit est causa. vnde august. martirẽ non facit pena. sez tantũ, sed causa. Causa aũt ista est. ꝓitas fidei Sed sciendũ ꝑm Tho. vbi supra. q ad fidei veritatẽ ptinet non solũ credulitas ipa cordis, sed etiã exteriorꝝ protestatio, q̃ fit nõ solũ per verba qbꝫ ꝓfitek quis

fidem. sed etiā per facta quibꝫ aliqs fidem se habere ostendit ꝑm illud Jacobi. ij. Ego ostendā tibi ex operibus fidem meaz. Et ideo omniū virtutū opera ꝑm q̄ referunt in deū sunt quedā protestatiões fidei. per quam innotescit q̄ deus huiusmōi opera a nobis requirit. z nos pro eis remunerat. Et ꝑm hoc possunt esse causa martirij opera etiā aliarū virtutū. Et sic q̄ cunq; patit mortē violētā. pro quocūq; bono ope faciendo. vel pro quocūq; peccato vitando propē xp̄z. quia totū hoc ptinet ad fidei protestatiōez martir existit. Unde z bti Job ā. bapti. martiriū celebrat q̄ sustinuit mortē. non p̄ neganda fide. sed pro reprehensiōe adulterij.

¶ Martirium sumendo .S. II

large pro morte violenta potest dici q̄ est quadruplex martiriū. ꝑm quadruplicē eius causam z fundamentū. Primū est ex cōmissa iniquitate. videlicet in his qui occidūtur pro sceleribꝫ cōmissis. Unde Petri prima. ca. iiij. dicitur. Nemo vestrū patiat quasi homicida. Tales si patienē ferunt mortē contriti de cōmissis. non ratiōe pene tantū vel verecūdie. sed respectu dei offensi. z si non percipiant coronā martirij. tamen saluant. Si autē tantū dolent propter supplicium impatiētes vel incōtriti ad inferna descendunt. Unde ex latronibꝫ crucifixis cū christo. qui a dextris erat. quia cōtritus valde intrauit paradisum. Qui a sinistris propter impatiētiam z incōtritionē infernuz. Et ad tale martiriū pertinet mors. que sustinetur p̄ partialitatibꝫ guelfa et guelbina. z huiusmōi. de quibus Lipanus. Inexpiabilis est culpa discordie. nec passione purgatur. distinc. xc. necz. Secundū est ex intensa cupiditate. scilz in illis qui occidūtur in bellis iniustis que ex auaricia fiunt. vt Oreb. zeb. zebee z salmana cum centū. xx. milibus. Qui dixerunt hereditate possideamus sanctuariū dei. in psal. lxxxij. z in lib. iudicū. z qui hodie in bellis. nisi obseruatis debitis circūstantijs iuste bellarent. vt Judas machabeus cū fratribus. i. Machab. v. et se. Uel pro recuperanda terra sancta. xxiij. q. octaua. scire. Et ad hoc etiam ptinet mors quam incurrūt mundani violentia a latronibus. vl̄ alijs propter tempalia iniuste acquirenda. Et etiā austeritas quā sustinent hipocrite vt boni reputent. z mulieres propter apparere. i. q. i. vide quantū. Tertiū ex imensa cecitate. scilz in infidelibus de horū numero erant prophete baal. qui coram belia incidebant carnes suas lanceolis in honorem baal. vt. iij. Regum. xviij. Sic et austeritates iudeorum z paganorum et monachorū grecorū incredibiles. pertinent ad hoc martiriū ducens ad infernum. z mors quā sustinent heretici pro suis erroribꝫ Ad hoc etiā pertinet tristicia inordinata. quā aliqui sibi assumunt de tribulatiōibus vel morte suorum. vel de defectibus suis. conscientiā scrupulosam nolētes deponere ad consilium aliorum. Uel etiam ex desperatione sibi mortē inferentes. Quartū est ex infusa charitate. ad Hebre. vndecio. In occisione gladij mortui sunt. vt Isayas Hieremias. et alij etiaz innumeri in nouo testamento hoc ducit ad celum Augusti. de Lipriano martire. Ab inferiori accipit sententiam. a superiori coronam. xi. quest. iij. z si ad temp⁹.

Framea est anima martiris splendida charitate acuta veritate. vibrata dei virtute. Per maxime martiria sanctorū ecclīam edificant. et ad oīe bonū inducūt Unde Augusti. vt mūdus hic vincat cum amatorijbus. erroribus. z terroribꝫ suis. sanctorū martiria docuerunt. Sumendo martiriuz pro magno labore sine morte. vt dicit Bernard. triplex esse sine sanguine. Parcitas in ybertate que fuit in dauid Liberalitas in paupertate. vt in Thobia. Castitas in iuuentute. vt in Joseph in egipto. Item Grego. Martires sine ferro esse possumus. si patientiā in anio seruemus.

De ptibus fortitudinis integralibꝫ z subiectiuis.
Cap̄lm quartū.

E partibus fortitudis

nota ꝑm Tho. secūda secūde. q. cxxviij. articu. i. q̄ cū aliter virtutis possint eē triplices partes. s. subiectiue. integrales z potentiales. Fortitudini autē ꝑm q̄ est specialis virtus nō possunt assignari partes subiectiue. eo q̄ non diuiditur in multas virtutes specie differētes. quia est circa materiaz valde specialem. Assignant autē ei partes quasi integrales et potentiales. Integrales quidē ꝑm ea que oportet cōcurrere ad actum fortitudinis Potentiales autez ꝑm ea que fortitudo obseruat circa difficilima scilz circa pericula mortis. Alique alie virtutes obseruant circa quasdā alias materias minꝰ difficiles. q̄ quidē virtutes adiūguntur fortitudini. sicut secundarie principali. Est autem sicut supra dictū est duplex actus fortitudinis. scilz aggredi et sustinere Ad actū autem aggrediendi duo requirūtur Primū pertinet ad animi preparationē. vt scilicz aliquis promptum animū habeat ad aggrediendū. Et q̄ctum ad hoc ponit Tullius in lib. rhetor. fiduciā. Unde dicit q̄ fiducia est. per quā magnis z honestis rebus multuz ipse animus in se fiducie cum spe collocauit. Secundū autem pertinet ad operis executionē ne scilz aliquis deficiat ab executione illorum que fiducialiter inchoauit. Et q̄ctum ad hoc ponit Tullius magnificentiam. vnde dicit Magnificentia est rerū magnarum z excelsarum. cū animi ampla quadā et splendida p̄ positione cognitio atq; administratio id est executio. vt scilicz amplo proposito administrario non desit. Nec enī duo si coerceretur ad propriā materiā fortitudinis. scilicz ad pericula mortis erūt quasi partes integrales ipius. sine quibꝰ fortitudo esse nō potest. Si autē referātur ad aliquas alias materias. in quibus est minꝰ difficultatis. erunt virtutes distincte a fortitudine ꝑm spēm tamē adiungenē ei. sicut secūdarie principali. sicut magnificentia a pho in. iij. ethi. ponit circa magnos sumptus Magnanimitas animi videtur idem esse fiducie circa magnos honores. Ad alium autem actū fortitudinis. qui est sustinere duo requirūtur. quorū primū est ne difficultate imminentium malorū animus frangat̄ per tristiciā. z decidat a sua magnitudine Et q̄ctum ad hoc ponit patientiā Unde dicit Tulliꝰ q̄ patientia est honestatis animi vel vtilitatis causa rerū arduarū aut difficiliū voluntaria ac diuturna ppessio Aliō āt est vt ex diuturna difficiliū passiōe hō nō frangat̄ vsq; ad hoc q̄ desistat. ꝑm illud ad Heb. xij. Nō fatigemini animis

vestris deficientes. Et q̄tum ad hoc ponit perseuerā tiam. Vñ dicit q̄ perseuerātia est in ratiōe bene cōsi derata, stabilis z perpetua pmansio. Nec etiam duo si coercenk ad propriā materiā fortitudinis, erūt par tes quasi integrales ipius. Si aūt ad quascūq; ma terias difficiles referātur, erunt virtutes a fortitudine distincte, z tamē ei adiūgentur sicut secundarie prin cipali. Qd autē macrobius ponit septem partes for titudinis, scilz magnanimitatē, fiduciā, securitatem magnificentiā, constantiā, tolerantiā, z firmitatē, re ducitur ad id qd ponit tullius. Nam fiduciam z ma gnificentiā ponit vterq;. Tolerantiā vero ponit ma cro. loco eius patientiā ponit tullius. Et firmitatem a macro. dictā tullius appellat perseuerantiā. Tria vero que supaddit macrobius. duo videlz magnani mitas z securitas compbēdūtur sub fiducia a tullio. Sed macrob. magis p specialia distinguit. Fiducia enī pertinet ad fidei certitudinē. Magnanimitas āt ad magnitudinē vt rei sperate. Species autē firma ñ potest esse nisi ammoueak cōtrariū. Timor enī quo dammō cōtranak spei, z ideo macro. addit securitatē que excludit timorē. Tertiū autē quod addit. scz con stantiā compbendi potest sub magnificētia. Opor tet enī in his que quis magnifice facit ꝓstantem ani mū habere. Potest etiā constātia ad pseuerātiam p tinere, vt perseuerās dicak aliquis ex eo q̄ nō desistit propter diuturnitatē. Constans autē ex eo. q̄ nō desi stit propter quecūq; alia repugnantia. Sciendū eti am q̄ phūs. iij. ethi. ponit quinq; modos fortitudi nis. Prima fortitudo est politica que fortiter operak propter timorē exonerationis vel pene. Secūda mi litaris que fortiter operak propter artem z experienti am reipublice. Tertia est que fortiter operak ex passi one precipue ire. Quarta est que fortiter operatur p consuetudinē victorie. Quinta que fortiter operak p ignorantiā periculorū. quia vero ista quinq; deficiūt a vera ratione virtutis. quia z si cōueniant in actu for titudinis, differūt tamen in motiuo. ideo nō ponun tur partes fortitudinis. sed dicūtur modi eius ſm b. Thomā. Differt aūt spes a fiducia, quia spes est vir tus theologica qua quis cōfidit de deo. p fiduciā āt que est virt⁹ moralis z pars fortitudinis, habz homo fiduciam in seipo tamē sub deo.

De magnanimitate. Lapīm. v.

DEinde considerādum restat ō partib⁹ fortitudini annexis quas pro tanto annexas dicimus, quia ei adiū gunk sicut secundarie principali. Et hoc ideo est, quia fortitudo obseruat circa maxima difficilia. scilz circa pericula mortis. Alique alie virtutes obseruant cir ca quasdam alias materias minus difficiles. in qui bus oportet per eas aggredi ardua. Ponit autē Tul lius in sua rhetorica has virtutes principali annexas esse quatuor, videlicz fiduciam. loco cuius ponimus magnanimitatē. Sic ei eā vocat aristo. magnificētiā patiam, z pseuerantiā. De vnaq̄q; istaꝝ aliq̄d dicen dū, vt cōpletior sit ꝓsideratio fortitudis. Prio ergo ō magnanimitate tractem⁹, de qua tria consideranda occurrūt. Primo circa q̄d existit. Scōo si est dicēda virtus. Tertio de signis z proprietatibus ei⁹.

Quantum ad primum .§.I

est sciendū. q̄ magnanimitas ex suo nomie importat quandā extensionē animi ad aliquod magnū. Unō ſm pbūm. iij. ethi. Magnanim⁹ est magnitudie ex tremus. nō quidē per recessum a medio ratōis. sed q̄ ad magna tendit. Inter res autē humanas. p̄cipue exteriores. que in vsum homis veniūt. vel sibi aliquo modo impendūtur. maximū locum tenet honor. tuz quia propinq̄ssimus est virtuti. vtpote testificatio ei⁹ existēs. tum q̄ deor optimis exhibek. tum etiā quia homies propē honorē consequendū z vituperiū vitā dum oia alia postponūt. Cum ergo oīs virtus sit p fectio potentie respectu vltimi simpliciter z difficilis. Sicut aliquis absolute dicik fortē ex his q̄ sunt sim pliciter difficilia, aliq̄s dicek magnanim⁹ ex his que sunt multipliciter magna cuiusmōi sunt honores. vt dictū est. Unde cōsequens est magnanimitatē circa honores consistere. tanq̄ circa propriā materiā. Qd autē magnanimitas sit virtus hinc patere pōt. Ubi enī errare cōtingit circa ordinē ratiōis abundantiā z defectū, necesse est ibi ponere remediū virtutis q̄ me dium cōstituat inter extrema. Est enī virtus habitus electiuus in medietate existēs, prout ratō determina bit. vt patet, ij. ethic. Circa honores autē magnos q̄ sunt materia magnanimitatis, vt dictū est. cōtingit errare per excessum p̄sumptiōis, z defectū pusillani mitatis que sunt vitia extrema. Presumptuosus enī peccat per superabundantiā in q̄tum mediū ratiōis excedit ſm proportionē. ad maiora tendēs q̄ sibi cō ueniat. Est enī vitiosum quādo aliqua actio non cō mensurak virtuti agentis, quod cōtingit quādo ali quis assumit ad agendū vel appetendū. que p̄ferunk sue virtuti, quod facit p̄sumptuosus, q̄ tēdat magni ficare seip̄m honoribꝫ maioribꝫ q̄ conueniat sue vir tuti. que est imperfecta. Uel querit honorari ex his q̄ non sunt digna magno honore. vt sunt bona fortu ne sicut diuitie, nobilitates, z alia huiusmōi. Sicut autē per p̄sumptionē aliquis excedit proportionē sue potentie, dū nitik ad maiora q̄ possit, ita etiam p pu sillanimitatē deficit a proportione sue potentie. dum recusat in idem tendere. quod est ei cōmensuratum. et ideo sicut p̄sumptio est vitium p excessum, ita pu sillanimitas per defectū. Unde seruus qui acceptaz pecuniaz domini sui fodit in terram, z nihil est ex ea operatus. propter timorē pusillanimitatis digne pu nitur a domio. vt habek Math. xxv. Exēplū. Mar docheus inter p̄sumptiōem et pusillanimitatem te nens mediū, videk magnanim⁹ fuisse. Non enim ex tra suam virtutē presumptuose efferebak, intrudēdo se ad interiora facta regis, sed extra demorando ad ianuam. et deambulando quotidie ante vestibulum domus, curā habens salutis regine hester, que sua neptis erat. Non fuit etiam pusillanimitate delect⁹ qui nec minis, nec terroribus, nec spe cōmodi tempa lis voluit superbum aman adorare. vt patet hester. secūdo, iij. et. iiij. Qui tamen ab eo honorem z reuerē tiam mirabilem sibi impendi sustinuit. arbitrans se dignū talib⁹ propter virtutē sibi datā diuinitus. Sz posset videri alicui q̄ magnanimitas non sit virtus. Nam humilitati magnanimitas videtur contraria.

Capitulū v

Nulla aūt virt⁹ vtuti est ꝯtra. Nō ḡ magnanimitas ē virt⁹. vt videt. Qui se dignificat z alios ꝓtēnit. cui⁹ ꝯriū facit būilitas. Sed ad b intelligendū scire oportet. q in hoīe inuenit aliqđ magnū q ex dono dei possidet. z aliqs defect⁹. q cōpetit ei ex infirmitate nature. Magnanimitas igit facit q hō se magn⁹ dignificet fm ꝓsideratiōez donorū q possidet. Sicut si hz magnā virtutē aī. facit qđ ad pfectū opa virtut⁹ tēdat. Et sil'r ē dicendū de vsu cuiuslibet alteri⁹ bōi puta scie vel exteriorīs fortune. Humilitas aūt facit q hō seipm qui pēdat fm ꝓsideratiōnē ꝓprij defect⁹. Sil'r etiā magnanimitas ꝓtēnit alios fm q deficiūt a donis dei. Nō enī alios tm appreciat q p eis aliqđ inde cēs faciat. Sed būilitas alios honorat. z supiores extimat. inq̄tū in eis aliqđ inspicit de donis dei. vñ in ps. xiij. dr de viro iusto. Ad nihilum deductus ē in ꝓspectu ei⁹ malign⁹. qđ ptinet ad contēptū magnanimitat⁹. timētes aūt dm glorificat. qđ ptinet ad honorationē būil'. Et sic pz q magnanimitas z humilitas nō sunt ꝯria. q̄uis in ꝯria tēdere videant. qz pcedūt fm diuersas rōnes seu cōsiderationes. Exēplū dauid humil' fuit z magnanim⁹. humilis fuit qñ coram deo ꝓsiderās suā puritatē añ arcā saltabat. regno iā adepto. magnanimus vo qñ cōsiderās ex dono dei vnct⁹ in regem ad regnū aspirabat vt debebat. deuitādo astutias saulis. z ipm z domū ei⁹ a regno repellēdo. vt pz ex pluribus capl'is. i. z. ij. Reg.

De proprietatibus ℣.II.

z signis magnanimitatis ml'ta scribit phūs i. iiij. eth. inter que possum⁹ accipe p que qs poterit ꝓuincere de ipsa virtute acq̄sita. vel de naturali inclinatione ad ipsā. Dicit enī q magnanim⁹ hz motū lētū. z vocē ḡuē. z locutionē stabilē. q̄rū rō pōt esse. qz corpales mot⁹ diuersificant fm diuersas aī apprehēsiones z affectiones. vñ ꝓsequūt determinata accidētia circa p̄dictos mot⁹. Prio enī velocitas mot⁹ ꝓuenit ex eo q hō ad multa attēdit q̄ explere festīat. Magnanim⁹ aūt tēdit solū ad magna q̄ pauca sūt q etiā indiget magna attentione. et iō hz motū tardū. Deinde acuitas vocis z velocitas lingue cōpetit his p̄cipue q de plurib⁹ ꝓtēdere volūt. qđ nō ptinet ad magnanimos q nō dñt se intromittere nisi de magnis. Tales aūt dispositiones corpales ꝓueniūt magnanimis fm exigē etiā virtut⁹. Nos etiā q naturalit sūt dispositi ad magnanimitatē. tales conditiones naturalit asse quunt. Predicatores dñt hīe bas ꝓprietates magnanimi. qz dñt esse in suis actib⁹ maturi. z in p̄dicatiōe tubales. Exēplū. Uñ ezechiel in visione q̄ttuor aīaliū designtiū q̄ttuor euāgelistas vidit plātā pedis eor⁹ q̄si plantā pedis viruli. Virul⁹ enī mature incedit z fortit. Vidit z scintillas q̄si eris cādentes. Es enī metallū sonor⁹ ē. Et in oēm terrā exiuit ꝛc. Ponit vlteri⁹ phūs q̄ndq laudabiles ꝓprietates magnanimi. Prio q ē imemor bñficior⁹ qđ nō ē intelligēdū. q nō hēat in mēoria bñficia q̄ recepit. z q etiā bñfactib⁹ non retribuat. sz ē intelligēdū q nō ē sibi delectabile q ab aliq⁹ bñficia recipiat q̄n eis maiora recōpēset. Et b p/

tinet ad pfectionē gratitudīs. in cui⁹ actu vult sp excedere. sic ē in actib⁹ aliar⁹ virtutū. Uñ magnanimitas ē ornat⁹ oīm aliar⁹ virtutū inq̄tū intēdit in actu oīm ad grāde. Vult ḡ dicere q ē ꝓmptior z sibi ē delectabilis⁹ ad bñfaciēdū q̄ ad accipiēdū qđ videt eē act⁹ liberalitat⁹ z charitat⁹. Hāc magnanimitatē ꝓditionē habuit abraā q̄n filijs ethei ḡtis offerētib⁹ sepulturā p defūcta sara vroze sua nō acq̄euit. sed stati q̄dringētos siclos argēti z p bate monete publice p iure sepulture bñde tradidit. Ḡen. xxiij. Erat ei abraā liberi ac nobilis aī. Uñ p bñficio grat⁹ accepto nolebat se alicui subdere. Et q̄tuz ad b rēnuit eē bñficij mēor. Scdo ponit q ē ociosus z tard⁹. qđ nō est intelligēdū q̄si deficiēs ab opando ea q sibi cōueniūt. sz qz nō ingerit se q̄buscūq opib⁹ sibi nō ꝓuenientib⁹ sz solū his q magna sūt. q̄lia decēt cū. Hāc cōditionez habuit saul cū d nouo fact⁹ rex z a plurib⁹ ꝓtēne ret dissil'auit. i. Reg. x. Sed veniētib⁹ nunciis Jabes. galaad p adiutorio ad eū oñdit aucrē z magnitudinē aī in frusta discerpens boues. q̄s seqbat. z p̄cipiēs q sic fieret sicut bob⁹ ei⁹ q nō veniret ad plūm oīs israelis. i. Reg. xi. Tertio ponit q magnanim⁹ vtit ironia ad multos qđ nō ē intelligendū de ironia fm q veritati opponit. dicēdo de se aliq̄ vilia q̄ nō sunt vel negando aliq̄ q̄ sunt. Sed qz non totā suā magnitudinē oñdit. maxie q̄tū ad inferiorē multitudinē. Naz sicut dr pbs loquēs de hac ꝓprietate. Ad magnanimitatē ptinet magnū eē ad eos q in dignitate z in bōis fortune sūt. ad mediocres aūt moderate. Hāc cōditionē habuit dauid q lz eēt in regē p samuelē ꝓpheta vnct⁹. d mādato tm p̄ij victualia suis fratrib⁹ quib⁹ diuinit⁹ erat ꝓlat⁹ mansuet⁹ defe/rebat. i. Reg xvij. Alexāder etiā q tāta cordis altitudine fuerat vsus in debellatione darij. eū mortuū i vltis ꝓpijs deferebat. q̄ pietat⁹ officio i corporis funeratiōe funct⁹ ē. Quarto ponit q nō p̄t cōuiuere alijs. qđ nō est intelligēdū q nō sit familiaris ad amicos. sz qz oīo deuitat adulationem z sil'ationē quā q̄rit cōiter hoīm ml'titudo. b enī spectat ad aī puritatē. Cōuiuit tm oībus magnis z puis. sic oportz. z qñ optet. sic s. dictū ē in tertia ꝓprietate. Admonet Aristo. Alexādrū q̄tū ad istā ꝓprietatē dicēs sic. Honorificū ē inq̄t regē abstinere a ml'tiloq̄o. z nō frequētare ꝓsortia viliuz ꝓsonar⁹. qz nimia familiaritas parit ꝯtēptū. Et subdit. Indi statuerūt q rex tm sel' i āno appareret cū regali apparatu z nobiles circa eū starēt z vulg⁹ a remot⁹. In illo die ꝓsueuerūt dōa elargiri. reos de carceribus emācipare z alia pia opera exercere. Quito z vltio pōit phūs q mag⁹ possidet ifructuosa. vbi vult dicere q ꝓpōit honesta q̄ vocat infructuosa. vtpote ad alia nō ordiata vtilib⁹ q̄ vocat fructuosa. qz videlz ꝓpt aliud q̄rūd. vt p ea subueniat alicui defectui q magnanimitati repugt. Temistides q sua ꝓbitate plas fugauerat. mag⁹ dilexit hōesta q̄ vtilia. Uñ interrogat⁹ de filia sua. vtr ea paupi. sz ornato aut locupleti parū ꝓbato maritandā collocaret. Rñdit. Malo virū pecunia indigentē q̄ pecuniā viro. De virtute magnificentie q̄d sit. z quib⁹ conueniat. Capl'm. vi.

Titulus Tertius

De virtute magnificentie, de qua ꝓmitter ē agendū duo breuiter videre sufficiat. ſ. circa qd exiſtat. ⁊ quibus ꝓprie ꝓueniat. Dictū eſt aūt ſupra duas eſſe ꝟtutes circa pecuniā vel vſum ei⁹. ſ. liberalitatē ⁊ magnificentiā. Q⁹ enī circa gen⁹ pecunie ſit virtus ponēda. patere pōt ex his q̄ dicit Aug⁹. in li. de libe. arbi. vbi ait. q⁹ bñ vti his quib⁹ male vti poſſum⁹ ꝓtinet ad virtutē. Poſſum⁹ enī bñ ⁊ male vti pecunia. ⁊ his q̄ extra nos ſūt in vſum nr̄m venientib⁹. Igit vt bñ vti poſſimus pecunia. ⁊ his q̄ per eā menſurant eſt virt⁹ neceſſaria. Sed eſt ſciendū q⁹ virtutes ille q̄ ſūt circa res exterio⁹ res. bñt aliā difficultatē ex ipſo genere rei. q⁹ res exteri⁹ exñtes etiā pue ſūt multū appetibiles. vt pote neceſſarie ad humanā vitā ⁊ aliam difficultatē ex magnitudine ipſi⁹ rei. Et iō oportet circa pecuniā ⁊ vſum ei⁹ duas eē virtutes. ſ. liberalitatem q̄ reſpicit cōiter vſū pecunie ⁊ magnificentiā q̄ reſpicit magnū ei⁹ ſumptū. Et ſic patz circa qd dz magnificētia ꝓſiſtere. q⁹ videlz circa magnos ſumpt⁹. Ulteri⁹ eſt ſciendū. q⁹ lz reſpiciat exterē mū conſiderata q̄ntitate ei⁹ qō facit. ꝓſiſtit tñ in medio ꝓſiderata regula rōnis. a q̄ nō deficit neq; eā excedit. Uñ ponit mediū inter duas extremas malicias. q̄rū vna dicit pulificētia q̄ cōſiſtit in defectu. Magnific⁹ enī intendit ad magnitudinē opis. puta tēpla conſtruere ad honorē dei. hoſpitalia ꝓ pauperib⁹ ⁊ hmōi peregrinantib⁹ facere. Et ex hoc intendit magnitudinē ſumpt⁹. quā nō vitat vt faciat magnū op⁹. Exemplū. Paruific⁹ fuit rex Antigon⁹. de q̄ dicit Sene. q⁹ cū quidā nomine Cynic⁹ talentū ab eo peteret. rñdit plus eē q̄z cynicū deceret. tūc ille repulſus petijt denariū cui ille rñdit min⁹ eſſe q̄z regē dare deceat. Turpiſſima hec cauillatio inq̄t Sene. quā inuenit vt neutrū daret. cū dare potuiſſet denariū tanq̄z cynico. ⁊ talentū tāq̄z rex. Idē ponit de Alexandro q̄ cuidā militi aliquid petēti dedit vbē quandā. ⁊ dicēte illo. hoc nō ꝓuenire ſue fortitudini. Nō q̄ro inq̄t qō te accipe liceat. ſed qō me dare. aiōſa vox ⁊ regia. Extra magnificentiā etiā ē expēdere multa iutilit. vt Balthaſar q̄ fecē cōuiuiū magnū optiatib⁹ ⁊ ꝓcubis ſuis vñ pūit⁹ fuit. vt hī Dan⁹, v

Deinde videndū eſt ¶.I.

quib⁹ hec virt⁹ hēat conuenire. Circa qō ē ſciendū q⁹ ſicut dicit pbs. iiij etb. Magnific⁹ nō ē ſūptuoſus in ſeipſū. Nā vt dictū eſt ad magnificentiā ꝓtinet aliq̄d facere magnū. qō aut̄ ꝓtinet ad ꝓſonā ſingularis hois nō ē q̄d magnū habito reſpectu ad res diuinas vel cōes. quib⁹ dz magnificus intēdere. q⁹ talia ſunt ꝓportionata magnitudini ſumptuū q̄ cadūt in vſu virtut⁹. ⁊ iō magnific⁹ nō intendit p̄ncipaliter facere ſumpt⁹ in his q̄ ꝓtinent ad ei⁹ ꝓſonaz. niſi talia cēnt q̄ de ſe bñt aliquā magnitudinē. ⁊ req̄runt ſolēniter agi. ſicut ſunt ea q̄ ſel vel raro fiūt. vt nuptie. militie. ⁊ hmōi. Uel etiā q̄ ſunt diu ꝓmanētia. vt ꝓueniēs habitatio dom⁹. talia enī magnifice ꝓſequit magnific⁹. ſimpliciter tñ ad magnificū ꝓtinet ſūpt⁹ facere reſpectu rerū cōium ⁊ diuinarū vbi cadit magnitudo expenſar. talis aūt magnitudo non adeſt niſi diuitib⁹ ⁊ potētib⁹. q̄bus vt dr Ambro ſi⁹. ſuppabundātia dat a deo vt meritū bene diſpēſatōis acquirāt. ad h̄ enī ꝓfecit de⁹ diuites ⁊ potētes pauperib⁹. vt eis ꝓuideāt nō ſolū q̄ſtū ad vſ⁹ ꝓprios. ſed etiā cōes. puta in faciēdo hoſpitalia. tēpla ⁊ eccl'ias cōes. q̄ō maxie ꝓtinet ad p̄ncipes et platos. q̄ ꝓcipue debēt intēdere magnū in ordine ad honorē dei ⁊ vtilitatē eor⁹ q̄ ei⁹ cultui deputātur. Unde dicit pbs q⁹ honorabiles ſūpt⁹ ſunt maxime q̄ ꝓtinent ad diuina ſacrificia. Et iō magnificētia ſcitati coniungit. Uñ Exodi. xxiij. de deo ſcriptū ē. Magnific⁹ in ſctitate. Et in ps. Magnificētia in ſctificatiōe ei⁹. q⁹ videlz ꝓcipu⁹ huius virtutis effect⁹ ad ſctitatē ⁊ virtutē ordinat. Et q⁹ bonū cōe reipublice ē q̄dā diuinū. ideo cōuenienter ad magnificū ꝓtinet vt ſtudeat ad bonores cōes ciuitat⁹. vñ tota reſpub. poſſit ſublimari ⁊ laudē bñe ſuppoſito ſp honore dei. Et ſic patet q⁹ eſſe magnificū ꝓprie ꝓtiet ad diuites ⁊ potētes. Quia tñ p̄ncipalior act⁹ virtutis ē interior electō q̄ pōt eſſe abſq; exteriori fortuna. vnde eſt q⁹ pauꝑ pōt eſſe magnific⁹ q̄ſtū ad habitū. ⁊ ſi nō q̄ſtum ad actū deficientib⁹ ſibi bonis fortune. q̄ organice deſeruiūt huic ꝟtuti in q̄ requirit exterior exꝑcutio. Sicut patz de muliere paupcula q̄ in gazophilatio miſit duo era minuta pl⁹ offerēs q̄z diuites. ſm ſuā ꝓditionem. vt dñs oñdit Luc. xxi. Sed ſal'on q⁹ actu habuit magnas opes. decuit eū facere magnificū op⁹. q⁹ ⁊ fecit. Nā ad honorē dei mirabile tēplū tā ſumptuoſitate q̄z pulcritudine extruxit. in q̄ grande ſacrificiū deo obtulit boū viginti duo milia. vt patz. iij. Re. vij.

De virtute patientie. Lapl'm. vij.

Sequitur de patientia

inter alias aūt paſſiones triſticia ē efficax ad ꝓpediendū bonū rōnis. ſm illud Sap. Eccl. xxx. Multos occidit triſticia. ⁊. ij. ad Cor. vij. Seculi triſticia mortez opat. Triſticia aūt hui⁹ ex aduerſis malis illat⁹ naſcit q̄ niſi refrenet ai⁹ ſibi ſuccūbit. ⁊ ad vindictā appetendā ⁊ indignationē inducit. Nēcria eſt ḡ ꝟtus ꝓ hmōi vt bō nō abducat a bono rōnis ꝓpter triſticiā aduerſor⁹. Hec aut̄ virt⁹ eſt patia q̄ ab Aug. ſic diffinit in li. de patia. Patia eſt q̄ mala eq̄ aio toleramus. i. ſine ꝓturbatiōe triſticie. Joſeph eēnimiter aduerſa portauit. Uñ nec aio ꝓtriſtat⁹ ē ex iuria venditiōis q̄ a ſuis frib⁹ nequiter ē venditꝰ Sed facta depcatōe ad eos ⁊ nō obtenta euaſiōe patienter ſuſtinuit illata mala Gen. xxxiij. Et poſt modū demēter indulſit Gen. xl vij. ⁊. l. Et nota q⁹ patia dz habere q̄tuor ꝓditiones q̄ notari p̄nt ibi. ij. ad Cor. vi. In oibus exhibeam⁹ noſmet ipſos ſicut dei miſtros in mlta patiētia. Et ꝓmo dz eſſe general' ſeu vlis non ꝓtialis. Uñ dicit. In oibus. ſ. aduerſis circa ſbam. circa famā. circa ꝓſonā. ꝓtriſtet ꝓ pauptatē. ⁊ cū ſua ei auferunt. nec ꝓ ꝓtumelias. deriſiōes ⁊ detractiōes. nec ꝓ leſio-

Capitulū vii

nē psone sue vel cōiunctoꝝ Jaco.v. Sufferentiā .i. patientiā Job audistis.s.quē debetis imitari.q̄ dimittēdo oēs diuitias ⁊ familiā ⁊ sanitatē.⁊ illatis sibi cōtumelijs ꝓboꝝ ab vroze ⁊ amicis in oibus his nō peccauit Job.i. Scōo dz eē realis nō verbalis. Unī dicit.exhibeam⁹ nos.nō solū alios ꝓbis admonēdo ad patiam Luc.xxi. In patia vra ppssidebitꝭ aias vras.nō in patiētia alteri⁹. Exēplū in xpo.q̄ dicit. Tacui.sp silui.patiēs fui.Esa.xlij. Sicut pturiens loq̄bar. Tertio dz eē spūalis.vñ dicit.sicut dei ministros. Allīq̄ hñt magnā patiaz in laboꝛib⁹ mūdi.sicut stipēdiarij.naute agricole ⁊ hmōi. sed nō est spūalis taꝫ patia. Allī etiā in b̄ q̄ nō tristant. sed tm̄ nō reuertunt ad deū inē flagella. Allī attendiant.nec gr̄as agūt. Nō sic apl's.sed gl'iaf di. Libenē gloriabor ⁊c.ij. ad Loꝛ.xij. Quarto dz eē finaꝫ ibi. In multa patientia. Qui enī bz patiam p vnā vicē vel annū nō sufficit.sed oportet q̄ sit p totā vitam.vñ. q̄ sustinuerit vsq̄z in finē.s.patienē ferendo aduersa. hic saluus erit Matb̄.x.

Sed queritur vtrum .§.i.

liurie sp sint patienē sustinēde.ad q̄d rñdet.b.Tho. se.se.q.cvij.ar.i. Mali tolerādi sunt a bōis. in b̄ q̄ ab eis ꝓprias iniurias patienē sustinēt. ꝑm q̄ oportz vbi sup illo ꝓbo Lañ.ij. Sicut liliū inter spinas ⁊c dicit glo. Nō fuit bon⁹ q̄ malos tolerare nō potuit. Nō aūt tolerāt eos vt sustineāt iniurias dei ⁊ ꝓximorū.vñ Cryso⁹.sup Matb̄. In iniurijs ꝓprijs eē patientē laudabile ē. Iniurias aūt dei dissimulare nimis impiū ē. Sed illud q̄d dictū ē de iuria ꝓpria intelligendū ē.q̄n iniuria illata psone ad solā psonā ptinet tūc enī patienē sustinendū est. Cū aūt iniuria redūdat in iniuriā dei ⁊ eccl'ie.tūc dz aliquis ꝓpriā iniuriā vlcisci.q̄d tm̄ intelligendū ē zelo iustīcie. nō liuore vindicte. Exēplū in Helya.iij. Reg.i. Qui fecit descēdere ignē sup eos q̄ venerāt ad capiendū ipm. q̄d fecit ad oñdēdū verū deū eē quē colebat. ⁊ ob zelū iustīcie vt d̄ r.xxij.q.iij. Ut illic.§.sz obicit. Silueri⁹ etiā pa.excōicauit eos q̄ ipm in exiliū miserūt. vt.xxiij.q.iij. Builisari⁹. Sed āt dicit dñs Matb̄.v. Si q̄s te pcusserit in vnā mazillā.pbe ei alterā ⁊c. dicit Aug⁹.xxij.q.i. Parat⁹ dz eē bō iust⁹ ⁊ pi⁹ patienter eoꝝ malicias sustinere.i.iniurias q̄s fieri bonos q̄rit. Ista aūt pcepta.s.patie magis sunt ad ꝓpationē cordis q̄z ad op⁹.q̄ in apto sit. vt teneaf in secreto aī patia cū beniuolētia. In manifesto aūt id fiat q̄d eis ꝓdesse videf.quib⁹ bñ velle debem⁹. Et inducit exēplū xpi q̄ pcutiēti maxillā nō ꝓbuit alterā.sed respōdit reꝓhendēdo pcutientē. Job.xij. Et paul⁹ pcussus in facie dixit. Percutiat te de⁹ paries dealbate. Actuū.xij.

De patientia conside .§.ii

randū ē ꝓmo de laudibus. scōo de remedijs q̄ inducūt ad patiam.tertio de fructib⁹ seu vtilitatib⁹ suis. Nūc de laudib⁹ ei⁹ videndū ē. Et possum⁹ de ipsa q̄tuoꝛ laudes magnificas ꝓdicare. Ꝓmo.q̄ pugnātē inexpugbiliē armat. Scōo q̄ hostē fortiē expugt Tertio q̄ de ipso nobiliē triūphat. Quarto q̄ vincentē feliciē cozonat. Ꝓmo q̄ patia pugnātē inexpugbiliē armat. Circa q̄d ē sciēdū. q̄ bō in mūdo isto pōit sicut ī loco laboris ⁊ certamis in q̄ necē ē multipliciē exercitari. vñ d̄ salon. Nō nascitur ad laborē. ⁊ auis ad volādū. Et iob vitā humanā militie assimilat. Lu⁹ cām assignre videf. cū alibi d̄. Nō nūq̄s in eod̄ statu ꝑmanet Job.xiij. Et si aliq̄s mūdi gl'ia fulget. diuitijs abūdet.delitijs gaudet. ⁊ fere q̄dā mūdi oblectamēta sibi ad votū succedētia bz. taꝫ tm̄ nō diu in eod̄ statu ꝑmanet.q̄z si videris ipiū superaltratū ⁊ eleuatū sicut cedros libani trāsies. ⁊ ecce nō erit. q̄res ⁊ nō inuenief loc⁹ ei⁹. Nā p⁹ ꝓspera succedūt adūsa. gl'iosa iuuent⁹ senectute frāgif. egritudine robustū corp⁹ ꝓterif. Diuitias pauꝑas fugat p⁹ gl'iam ⁊ magnificentiā adūsāriū rex ipet⁹ surgūt. delicias flagella repellūt singula gaudia tristicijs ꝑmixta fiūt. ⁊ q̄d plura tot in mūdo sibiinuicē sūt repugntia. q̄ vix est aliq̄s mūdo vtēs.q̄ mometo hore vitā ducat ī q̄ete. Et p tāto d̄ Job. q̄ hō nat⁹ ex muliere breui viuēs tpe replef multis miseri⁹s.q̄ q̄si flos egredif ⁊ conterif ⁊c. Quia q̄ vita pñs ē tāte mutationis ⁊ laboris ad bñ certādū necē ē armatos fortī armatura fore. Illa autē armatura fortioꝛ q̄z illa p quā coꝛ māsuescit ꝓb d̄o ⁊ hec ē patia q̄ hoiem regit. scuto bōe volūtatis ipm cohibēdo ab illicito appetitu vindicte. Ipsam enī linguā retrahit a ꝓtūelia ⁊ murmuratiōe. man⁹ a violentia ⁊ pcussiōe. oculos a tozuis aspectib⁹. pedes a gressib⁹ iniq̄s. Et sic totū hoīem infra se claudēs subiectiōe dei. cui⁹ refrigerij q̄rit cōstituit. Et q̄tū ad b̄ d̄ patiēs aīaz suā possidere. Lu.xxi. In patia vra possidebitis aias vras. Et apl's ad Col'.ij. Induite vos sicut electi dei viscera miscōdie benignitatē. humilitatē. modestiā. patiam. Patiētiā ō pōit vltō. q̄z est custos ⁊ radix oīm ꝓbitatū. vt d̄ glo. sup illo ꝓbo. Ja. pa. ve. pos. a. ve. Sene. in li. d̄ ira d̄. q̄ cesar augustꝰ fuit mirabilis patie. q̄ nec ꝓuitijs ꝺ se dictis mouebaf. sed ꝓuitiantib⁹ ꝓsuadebat q̄ liquis moderanti⁹ vteref. Inimicis pcebat. leuit̄ hostib⁹ iuadentib⁹ ⁊ insultātib⁹ ꝺ ei⁹ dñm aio nō irritabaf. ad se reūtēres suscipe gaudebat. Et hac Augusti patia arguit Sene. ꝺ se di. Nūq̄d in domo mea possum q̄d Augustus toto oꝛbe terraꝝ. Ille patiēs fuit ⁊ hostib⁹ ignoscebat. ⁊ ego nō ignoscā pigris negligentib⁹ ⁊ garrul' famulis meis. Et subiūgit ea q̄ dñt mouere hominē ad ignoscēdū. Puerū inq̄t etas excusat. Feiam sexus Exneū libertas. domesticū familiaritas. ⁊ subditur. Amic⁹ est q̄ offendit fecit q̄d voluit. Inimic⁹ fecit q̄d debuit. Prudētiori cedam⁹. stultiori remittam⁹. Secūda laus patie est.q̄z fortiē hostē impugt. Ubi sciēdū est.q̄ ad bñ pugnandū duo req̄runf. ꝓcipue q̄tū spectat ad pñs.s.magnitudo viriū. ⁊ pitia pugnādi. Unī d̄ Valeri⁹ max. de bellis romanoꝝ q̄ ad ictus inferēdos ac vitādos iuslit senat⁹ virtutē arti. rursus artē virtuti pariē imiscerī vt illa ipetu b⁹ fortioꝛ. hec illi⁹ scia cautioꝛ fieret. magnitudinē aūt viriū spūalīū facit patia. q̄z hoiem reddit securū. Ille enī vere ē secur⁹ q̄ seipm possidet. ⁊ ab exterioꝛib⁹ nō mouetur Patiēs aūt seipsū possidet. q̄z suū aīz sibi sbūcit nec ab illatis exterioꝛib⁹ cōcutif. q̄z mala pene transitoꝛie nō metuit. q̄ aūt taꝫ ē potēs ē ad aggrediēdū oīa difficillima. vñ sup illo ꝓbo iob. Ubi est fortitudo tua dicit glo. Qui se vincit ꝺ oīa fortis ē. Qui enī vincit

qđ maiꝰ ē, ꝺñs ē q vincat qđ miñꝰ ē. Maxim̃ aũt ē vincere moꝝ ipeꝝ ꝛ passiões cordis sui. q̃ itra se latent, ꝛ ꝺ spm̃ sp rebelles exist̃t. Nulla aũt pestis ē efficacior ad nocẽdũ q̃ familians ĩimicꝰ, vt ờt Sene. vñ sup illo ꝟbo pũ, ꝟvi. Melior ē patiens viro forti ờt glo. Mior ē victoria vibes expugre, q ex se sũt q̃ vincũt q̃ seipm̃ vicere q̃ itra se ē. Et Sene. i li. de naturalibꝫ qõibꝫ ờt. Innũerabiles sũt q̃ vibes q̃ pꝓlos habuerũt in ptãte. Paucissimi aũt q̃ sepm̃ q reqrũt ad pugndũ ē armoꝝ pitia. Jnẽ alia aũt q̃ faciũt milites i bellꝫ periti ē qz sp q̃tũ pñt sequũt vexillũ regis ꝛ suo pncipi sp adherẽt. maxie qñ sciũt ipm̃ ñ faciliẽ expugri posse. Jlle aũt q̃ ꝛe patiẽs ē sustiet mala illata vꝫ sustiere ꝺz pcipue exẽplo xpi, patiẽtis tãtã igminiã in ligno crucis, q̃ fuit pnceps ꝛ vexilliser populi xpiani i sustinẽdis opꝓbriꝭ, vñ dicebat ille patiẽs apls ad Gal. Neo mihi molestꝰ sit, ego ei stigmata dñi iesu xpi in corpe meo porto. Ubi ờt Aug⁹. q sti gmata appellauit q̃si notas de psecutoribꝫ penaruꝫ qs patiebaꝝ. Exẽplũ i Job, de q̃ Jac̃. ờt. v. c. Patiaz iob audistis. Hic enĩ vt gre. ait in moral, tot iacla ꝺ hostẽ antiquũ ĩtorsit, q̃t ꝟba patiẽ, ptulit de q̃bꝫ prꝫ Job. i. Tertia laus patiẽ ē, qz de hoste nõbiliẽ triũphat. Nobile genꝰ victorie ē hostẽ debellare tacẽdo ꝛ q̃escẽdo sine ictu ꝛ repcussiõe qđ faẽ patiẽs. Uidemꝰ enĩ q ipi q̃ iniuriã iferũt miro mõ affligunt qñ eis ñ rñdeꝝ putãtes se despici. Et de illꝫ dici põt, q eorũ tela ad eos ꝺũtunt qz dũ tacet patiẽs iniuriãtes deiurijs a pꝛio ꝺspectis ĩteriꝰ lacerãꝝ, ꝛ tũc vere gladiꝰ eoꝝ ĩtrat in corda ipoꝝ, sic ờt ps. Sz adhuc nobilꝰ genꝰ victorie ē. qñ nõ solũ patiẽs triũphat sine ictu p pꝛio, sz etiã qñ vincit ictibꝫ ĩimicatiũ, se offerendo. ꝛ ħ faẽ vere patiẽs ꝑm documẽtũ xpi dicẽtis, Qui te percusserit i vna maxilla, pbe ei ꝛ alterã, qđ itelligendũ ē ꝑm ppationẽ aĩ. ꝛ inẽdũ ꝑm actualẽ exhibitionẽ q̃ ē opꝰ. Legiꝭ de q̃dã hẽmita q cũ q̃dã spũ demonia co arreptꝰ eũ fortiẽ in maxillã pcussisset. ꝛ senex alterã pbuisset. diabolꝰ statiꝫ recessit clamãs. Hũilitas ꝛ patiẽtia xpianoꝝ vicit me. Legiꝭ etiã i polycrato q ꝺũ q̃dã adũsus quẽdã gũtẽ excãdescere. ille ꝺixisse ferũt Loq̃re inq̃t qđ plz, qz diligẽtiã auribꝫ ligue tacituꝛnitatẽ, aio q̃tẽ idixi. Quarto patia vincẽtẽ felicit coronat. Lorõa nõ ꝺaꝝ victoribꝫ nisi bello pfecto ꝛ cõsũmato. De patia aũt nasciꝭ pfectio, vt ờt glo. super Job. Nã in adũsis tolerãdis aĩa pficiꝭ p patiaz. inq̃tũ remouet tristiciã q̃ cãꝝ ĩ aio ex adũsis illatis. Et tristicia eĩ nasciꝭ ira q̃ ĩpugnat mãsuetudinẽ. Ex ira odiũ qđ rollit charitatẽ. Ex odio nasciꝭ iiustũ nocumẽtũ. qđ ẽ ꝺ iusticiã ꝛ eq̃tatẽ. fundamentũ g̃ qđ hec oĩa vitia remouet, ꝛ pdictas ꝟtutes ꝟfuat est patia. Et q̃tũ ad ħ ờt. b. Jac̃. i. c. q patia opꝰ pfectum hz. Uñ pz, q patia q̃ sic ē ꝺsũatiua oĩs boni mereꝝ coronã regni. vñ apls ad Heb. iiij. Patia vob necia eſt, vt volũtatẽ dei faciẽtes, reporteꝛ pmissionẽ. Hec ãt pmissio declarat ex ꝟbis Jac̃. i. dicẽtis. Btũs vir q̃ suffert tẽptationẽ. qm̃ cũ pbatꝰ fuĩt, accipiet coronaz vite ꝛc. Et iõ ờt Hiero. Nõ nisi p patiaz iplek qđ ờt Regnũ celoꝝ vi patiꝫ. ꝛ violẽti rapiũt illõ, g̃ teste veritate. Btĩ q̃ psecutionẽ patiũꝫ, pꝛẽ iusti. qm̃ ipsoꝝ ē reg. ce. Matth̃. v. Exẽplũ. Eleazarꝰ de ꝓlibꝫ scribaꝝ, vir etate, puectꝰ, vultu decoꝰ, gloriosã mortẽ magis q̃ odibilẽ vitã amplectẽs intm̃ dilexit bonũ ꝺiuine legis q volũtarie ibat ad supplicĩũ, ꝛ patienter sustinens destinauit nõ admittere illicita ꝓpter vite amorẽ. vñ dixit. Fortiẽ vitã excedẽdo senectute dignꝰ apparebo. Adolescentibꝫ aũt exẽplũ forte relinquaz si ꝓmpto aio fortiẽ ꝓ gratissimis ac sanctissimis legibus honesta morte pfungar, quibꝫ dictis occisus est. ñ. Mach̃. vi.

Post laudes patien .ℌ.III

ue ꝺñẽ accedam⁹ ad ea q̃ pñt esse remedia patientis. Pñt aũt, ꝟv. adduci, inẽ q̃ precipuũ ꝛ potissimum ē exemplũ xpi, q vt doceret bõa pñtis vite esse ꝓtẽnẽda, adũsa sustinuit ꝛ bona mũdi ꝓtẽpsit. Si enĩ bona mõi secꝝ voluisset, bõ nimis ardenẽ talia appeteret, q̃si ex hoc se putãs felicẽ, q deũ suũ talia petẽtẽ se querek. Jtẽ si mala pñtis vite ex toto vitasset. nimis abhorreret hõ pauptates, infirmitates. ꝛ alias adũsitates. ꝛ diceret q ille eẽt infelix q̃ talia appeteret vel hꝫret xpm̃ non sequendo. Sed ꝺñs fecit xps, vt has falsas opiones ab hoĩbus remoueret, vñ ờt Aug⁹. Oĩa bona terrena ꝓtẽpsit hõ xps, vt cõtẽnenda mõstraret, ꝛ oĩa terrena mala sustinuit. q̃ sustinenda pꝛsuasit. vt nec in illis q̃reret felicitas, nec in istis timeret infelicitas. Chriſtꝰ subditꝰ passiõi. cũ alapã accepisꝫ ꝛ ei diceret sic rñdes põtifici Job. ꝟviij. Nihil ille cõtumelioſe locutꝰ est ꝙz magis inocẽtiã suã tutatus rñdit dicẽs. Si male locutꝰ sum ꝛc. q̃ oĩa ab eo iõ facta sũt humiliẽ ꝛ patienẽ vt nos humilitatis ac q̃ patiẽ haberemꝰ exemplũ Lipanꝰ, di. ꝟciij. ꝺñs nr

Ad hoc aũt q̃ christũ .ℌ.IIII

stũ dulciꝰ seq̃mur, ꝛ adũsa patiẽẽ supportemꝰ. Sciendñ est q̃ eiꝰ passio ad memoriã reuocata, facit triplicẽ effectũ in aĩa. Primo enĩ eam sanat a languore tristicie. Scõo eleuat a longanimitate patiẽ. Tertio dulcorat amorẽ interioris leticie. Prio enĩ passio xpi aiam sanat a languore tristicie. Mens enĩ humana aduersitatibꝫ sepe ꝺcussa terrek, ac ẽrita q̃si a sue virtutis vigore deiecta p tristicias langueſcit. sicq̃ languẽti menti ꝺina nõ sapiunt humana. ꝛ si sibi noxia esse cõspiciat, nõ ex toto refugit, sed sanctꝰ vir q̃ sic intra semetipsum fluctuat adũsitate pressus vt ad meliora consurgat. ꝛ boni opis gressum in ꝟitate figat, xpm̃ passum añ mentis oculos põat. qz sic ờt Bre. Si xpi passio ad memoriã reuocek, nihil adeo durꝫ est qđ nõ eq̃ aio tolerek. Ad Heb. xij. Recogitate eũ q̃ talẽ sustinuit adũsus semetipsũ ꝺictionẽ. s. xpz vt nõ fatigemĩ aĩs vris deficientes. Jn buiꝰ figurã erecto serpẽte eneo in ligno aspicientes in eũ vulnerati a serpentibꝫ liberabãꝝ Nũeri. xxi. Sc̃o extẽdit ad lõganimitatẽ patiẽ, depulso enĩ lãguore accidie p memoriã passiõis, mẽs in deũ erecta lõganimis efficiꝭ ad tolerandũ ꝺiuꝰ adũsa. Uñ. i. Pe. iiij. xpo passo i carne, ꝛ vos eadẽ cogitatiõe armamĩ. Jn buiꝰ figurã mãdauit antiochꝰ rex, vt elephantibꝫ q̃ erãt in bello ostenderek sanguis vue ꝛ mori vt acrius accẽderent ad pliũ. i. Mach̃. vi. Silr ad aspectũ p ꝺsideratõeꝝ sanguis xpi q̃ ad modum vue ờ calcatꝰ in torculari crucis. bellãtes ꝺ aduersitates mũdi. tẽptatiões carnis ꝛ diaboli. accendunt ad resistendũ ꝛ bellandum.

Tertio dulcoraḳ amorē leticie, qñ enī mens diu adꝛuersa sustiet. ꝛ sepe ad memoriā passionē xp̄i reuocet vt ad patientiā aīek. nō amplꝰ amara sentiꝛ. sed dulcedinē mentis. q̄ aliqñ redūdat etiā ad sensiuā vt desideret amplꝰ pati. i. ad Coꝛ. x. Fideḳ deꝰ q̄ nō patiek vos tēptari sup id qđ potestis. sꝛ faciet cū tēptatione etiā puentū. In hmōi figura legiḳ Exo. xv. q̄ filijs isrl in deſto iuenientib⁹ aq̄s amaras vt nō possent bibere, missō ligno de mādato dei i aq̄s dulcoꝛate sunt vt biberēt delectabiliḳ. Atque sūt tribulationes q̄ frequenḳ occurrūt in deſto huiꝰmōi. ꝛ in se amare sūt. sed ligno crucis missō in eis. i. meditatōe hīs de passione efficiunḳ dulces. vt q̄s patienḳ ꝛ delectabiliḳ sustineat. Facit ad p̄dicta qđ đr. vij. q. i. suggestū. vbi đr. Nō vos carissimi a pio mentis p̄posito afflictionis amaritudo coartat recedere. Cōsiderantes q̄nta deꝰ ꝛ dñs nr̄ iesus xp̄s p nobis ꝓtulerit. q̄ busꝝ ꝓtumelijs afficiendū tradiderit. vt nos a iugo diabolice seruitutis eripet. hec ibi. Fidelis miles libenḳ patiḳ cū rege suo ꝛ filiꝰ cum patre.

Secūdū remediū est .§. V

sacra scꝑtura recitās magnifica facta sct̄ pātrū eorū. maxie q̄ aduersa passi sunt. Ad hoc enī spūssanctꝰ p̄nci palie voluit antiq̄rū sacra sub scꝑtura redigi vt posteri illa considerātes aīarenḳ ad silia sustinēda ꝛ opanda. vñ đr apls ad Ro. xv. Quecūq̄ scripta sūt vt p patiam ꝛ cōsolationē scripturarū spem habeam⁹ Et hoc est qđ đr Thob. ij. Hāc tēptationē. s. cecitatis permisit puenire illi. vt posteris dareḳ exēplū patie. ei⁹. sic ꝛ sci Job. Est aūt sciendū. q̄ maloꝝ societas sctis viris valet ad duo p̄ter qđ adūsa leuius ferre p̄nt. Prio ad augmentū meriti. dū enī iusti p malos affligunḳ. in virtutib⁹ creſcūt ꝛ in patiēdi arte eruditioꝛes fiūt. Unde đr Bre. in registro vbi erit patia si deest qđ toleret. ego illū abel eē nō puto q̄ chayn nō habūerit Boni enī si sine malis fuerit. p̄fecti boni eē non p̄nt. Misericordiḳ q̄ deꝰ suis electis p̄uidet. dū in hoc mūdo ad eoꝝ exercitiū malos eē p̄mittit. Scdo ad purgationē pcti. Aliqñ enī scos viros ꝛtingit in dei obsequio p inertiaꝫ corp̄is alioꝝ laudib⁹ inaniḳ extolli amplꝰ q̄ꝫ dñc de sua scitate p̄sumere. ad q̄ oīa reprimēda vtiles sūt adūsantiū calūnie. vt si qđ i vita iustoꝝ purgandū extiterit p̄uoꝝ societate tollaḳ. Jonathas sūmꝰ sacerdos ꝛ seniores iudeoꝝ. cū essent vexati vndiq̄ bellis. nihilominꝰ solaciū sacrarū scripturaꝝ hre volebāt. Unī scribētes sparciatis dicūt. Nos hītes solacio sacros libros q̄ sunt in manib⁹ nr̄is. i. Macha. xij. Exēplū etiā qđ ponit Bre. in. iij. dialo. de seruulo q̄ fuit paup ꝛ diu infirmꝰ q̄ emebat sacros libros ꝛ legere sibi faciebat ab his quos recipiebat in sui domo pegrinis q̄ mirabiliter vitaꝫ finiuit in bonū.

Tertiū remedium est .§. VI

cōsideratio maloꝝ ipunitoꝝ que alꝫ cōmisisti. Nullus enī adeo iustꝰ est q̄ nō multa cōmiserit ꝺ deum. de q̄bus ipso deo miserāte vel dissimulante. aut etiā differente nōdū ē punitus. ꝛ dato q̄ aliquā penam habuerit nō tm illā quā meruit. Uita etiā q̄ in p̄nti ducit q̄tūcūq̄ sctā videaḳ. plena ē peccatis si apnd discretū iudicem plenꝰ indageḳ. Unde đr aug⁹. Ue etiā vite laudabili iustoꝝ. si ipam deꝰ sine mia discutiat Nulla g̃ pena est iniusta q̄ etiā iustis inferḳ. Et iō in ps. đr. Si iniq̄tates obseruaueꝝ dñe. dñe q̄s sustinebit. Exiso⁹. Bonꝰ non pōt esse in oīb⁹ bonꝰ. sed hꝫ aliq̄ mala. ꝺ pe. di. iij. §. q̄d g. Exēplū de fratrib⁹ Joseph. q̄ descēdentes in egyptū. tunc nil mali fecerūt. tm passi sunt magnā angustiā ex facto ioseph. ꝛ hoc p̄ter pctm̄ pꝰ multo an cōmissū in vēditōe ioseph. Unde dicebant. Merito hec patimur.

Quartū remediū est .§. VII

Cōsideratio abutentiū hūane felicitate. Cōiter enī homines in p̄speritatib⁹ ꝛstituti in superbiā ꝛ cordis vanitatē eleuanḳ ad sequēdas etiā carnis delicias inde bite; efferūḳ. Natura enī hūana p̄ corruptionē pcti originalis infirma ē. vñ ad bonū ē difficil'. ꝛ ad mala p̄na. Et hoc est qđ đr apls ad Ro. vij. Nō enim q̄ volo bonū hoc facio. sed qđ nolo malum hoc ago. Cuius cām ibi subdit. Video inq̄t aliā legē in mēbris meis repugnātē legi mētis mee. Lex q̄dē mēboꝝ ē lex fomitis pcti originalis. qđ naturā corrūpit. p hanc q̄dez legē hō inclinaḳ ad malū ꝺ rōem q̄ est lex mētis. Uñ g̃ cū hoc inēioni motiuo inclināte ad pctm̄. hꝫ etiā ex motiuis hūane p̄spitatis. q̄ etiā de se dispōit ad hoc. ex duplici pte ad ruinā inclinaḳ pcti. Et p̄ter hoc vix aliq̄s inueniḳ in p̄spitate ꝛstitut⁹ q̄ bñ ea vtaḳ. Nā sic đr p̄bs. Nō est nisi ꝓtuosi viri bñ ferre bonas fortunas. Maxie aūt q̄ alijs p̄sunt. hōas fortunas bene ferre nesciūt. q̄ p̄ter ea q̄ dicta sūt iclināt̄ia ad pctm̄. hñt tertiū. qđ etiā ad hoc impellit. s. eminētiā sup ceteros. q̄ se nō hoies. sed sup hoies putant. p̄ qđ ad multa scelera ꝛ tyrānides erūpūt. Exēpla in salomone. dauid. ezechia q̄ in p̄spitate g̃uiḳ deliquerūt in adūsitate ꝓ reūsi sunt ad deū. vñ ꝛ salon postea fecit librū ecclīastes. quē hebrei ītitulāt đ peni. salomonis. Et hoc etiam dicit Amb. ꝛ Hiero⁹.

Quintū remediū est. §. VIII

Cōsideratio mutabiliḳ ꝛ miserabilis statꝰ vite p̄ntis. Factus est enī mundꝰ iste ad modū cuiusdā circuli. sic đr q̄dā phs. Et hoc q̄dē vez ē nō q̄tū ad motum celi ad quē sequiḳ successio tp̄is. sꝛ q̄tū ad ꝛtinuos motus ꝛ diūsos eventꝰ q̄ eueniunt circa hoiem. vt vez sit p̄m p̄bm q̄ ꝛtinuū motum supioꝝ sequiḳ ꝛtinua trāsmutatio inferioꝝ. p̄ter qđ hūana vita ꝛtinue labiḳ. ꝛ in quadā agitatiōe ꝛsistit. vñ dixerūt q̄ ex motu celi ꝛ tp̄is adiacētia relinq̄baḳ in re tpali q̄dā rarefactio ꝛ dispositio ad corruptionē quā appellauerunt. qñ est aūt mundꝰ iste sub hoc ordine taliḳ ꝛstitutus. vt nō huiꝰ mētis affectū fingam⁹ credētes hāc vitā hoi esse ꝺcessam p rem ꝛ habitatiōe p̄ie. sꝛ potius ex his adūtam⁹ eā esse datā p q̄dā nauigio trāseuntiū. ꝛ ad tps pegrinātiū. ꝛ sic cōpellamur aliam meliorē vitā credere ꝛ illā desiderare. ꝛ in hoc mundus est optime ꝛstitutꝰ. Naꝫ si stabilior foret ꝛ p̄spera sp daret. hoiem nimis traheret ad sui dilectionē. seu ad se diligendum. ꝛ tunc nihil aliud quereret q̄ꝫ p ocul̄is cerneret. ac per hoc celum p̄deret. ad qđ habitandū factꝰ est. Sed dum vita p̄ns nō in eodem statu permanet ꝛ frequenter aduersa p̄pinat. hoiem quē sic fre

quenter aduersa ꝓpinat. hoiem quē sic frequenter cō
terendo agitat, ad alium diligendū compellit. vnde
dicit Grego. Ipse mundus dū tot amaritudinibus
cruciat dū tot calamitatib ingeminat q̄d aliud nisi
vt nō ametur clamat.

Tertū remedium est .§.IX

con sideratio diuine miseratōis qua vt dicit Grego.
quosdā hic de⁹ parcendo ferit. ⁊ quibusdam pcit vt
in ꝑpetuū feriat. sicut enī per Io. ōr Apoc. iij. Ego
quos amo, corrigo ⁊ castigo. Et apls ad Heb. xij. di
cit. Flagellat oēm filiū quē recipit. Quare autē neces
se sit dei filios in hac vita flagellari cā est. q̄ nemo ē
in hac vita tam iust⁹ qui nō cōmittat aliqua pctā le
uia que ⁊ si nō mereant penā eternā. necesse est tñ ea
aliqua pena puniri. q̄ nullū peccatū trāsit impuni
tū. Misericordit ergo agit cū hoie qñ pctā sine qui
bus in hac vita nō viuit per aliqua aduersa purgan
tur vt in alia vita a penis libere existat. vñ dicit Gre
go. q̄ signum miserēdi dei est qñ ds culpa ꝑpetrata
mox diuina vltiōe punit. Est enī magnū argumen
tū q̄ ad maiora bona illos ꝺseruat ds pñtib bonis
priuat. q̄ nisi correptis de⁹ hereditatē dare dispone
ret. erudire eos p molestias nō curaret. vñ ōr Sene.
in li. de puidē. q̄ de⁹ ad bonos viros nō habet aīm
maternū sed paternū. Matres enī in sinu filios fo
uent. ⁊ eos demulcēdo p inertiā languescere faciunt
Patres ꝙo filios laborib ⁊ exercitijs agitātes, pbāt.
vt eruditiores fiant. vere ḡ de⁹ pater ē bis, ds p fla
gella emēdādo castigat. Vñ ōr puerb. xiij. Qui par
cit virge odit filiū suū. q̄ autē diligit instanter erudit.
vt ḡ de⁹ hos ds in filios recipiat erudiat. virga fla
gellatiōis vtik. p quam stulticiā colligatam in corde
pueri. i. hois puerilit viuentis fugat. sicut ōr in eo.
li. puer. Facit ad h̄ q̄d habet de pe. di. i. si pctm̄. vbi
ōr. Ab electoꝝ suoꝝ sordibus de⁹ curat pctoꝝ suoꝝ
maculas tpali afflictōe abstergere ds in eis in eternū
nō vult videre. i. punire. Exēplū in maria vroꝛe aa
ron pcussa lepra ꝓpter murmurationē. Ad h̄ figurā
dum legit Exo. xij. q̄ egyptij laborib ⁊ molestijs tā
diu iudeos afflixerūt q̄ eos cōpulerunt egyptū relin
quere. ⁊ ad sacrificandū deo defrū intrare. dicēte scri
ptura Exo. xij. Urgebant egyptij populū israeliticū
vtilis sit. necessaria tm̄ p̄cipue ē principib⁹ Et ad hāc multa inducūt exempla fm Guil. in sum. virtu. Pri⁹ est exemplū summi p̄ncipis dei. Sapiēn. vi. Parcis oīmibus qm̄ tua sunt. Hester. xiij. Scripsit in literis suis missis p orbem assuer⁹. Nolui potestatis abuti magnitudine. sed clemētia z bonitate gubernare subiectos. Assuerus inēpretat beatitudo. z significat deum. Virga etiā eius extenta erat signū clementie. Hester. iij. Hiero. cui diuinitatis natura clemens est et pia magisq̄ ad misericordiā cuī ad vindictā prona. si quis conūsus fuerit ad penitētiā. cito a misericorde iudiceventā impetrabit de pe. dist. i. Secūdū est exē plū creaturaz inferioz vt apū. Sene. Iracūdissime ac p̄o captu corpis pugnatissime sunt apes. z aculeū in vulnere relinquūt. rex ipse sine aculeo est Volu it ipm̄ natura. nec seuū esse. nec vltorez. exemplū hoc regib⁹ oīmbus ingens pudeat ab exiguis animalibus nō trahere mores. Tertiū est naturalis nobilitas animoz qui regēdi sunt Sene. Remissi⁹ imperāti melius parēt. iij. Re. xx. Reges dom⁹ israel clemētes sunt. Quartū est quia clemētia cōgruit nature hūane. eius autē cōtrariū scilicz crudelitas est proprium ferarū. Sene. Quid istud delectari sono cathenarum multū sanguinē fundere. terrere aspectu suo que alia vita esset. cuī si leones vsiczq regnarēt. In arca dñi q̄ significat mentē rectoris. erat nō solū virga seueritatis sed etiā manna dulcedinis z clemētie signatiua. Quātum est p̄ciositas sanguinis hūani. Sene. Clemētia sanguini alieno sicut suo p̄cit. Bre. nazā. ad imparatorem. Gladi⁹ tibi datus est a deo. nō tā vt occ̄s. cuī vt cōmineris. Principi ecclesie dictū est conuerte gladiū tuum in vaginā Math. xxvi. Sextū est finis propē quē sunt cōstituti principes. vt scz medeāt generi hūano. Sene. nō min⁹ principi sunt turpia multa supplicia. cuī medico multa funera. ij. ad Lozin. x. Potestatē nobis dedit de⁹ in edificatōz nō in destructōem. Septimū est q crudelitas p̄ria ei hostes multiplicat. Sene. volūtas āt seuiēdi oportz auīcuī cā deficiat. alioqn quēadmodū precise arbores plimis ramulis pullulāt. ita regia crudelitas auget nūez inimicoz. Octauū ē q p̄stat securitatē p̄ncipi. proū. xi. Clemētia p̄pabit vitā. Sene. nō est op⁹ latera montiū abscidere multiplicib⁹ muris turribusq̄ sepire. sal uū regē in apto clemētia p̄stabit. Nonū est q regnū roborat. puer. xx. Misericordia z veritas custodiūt regē. z clemētia roborat thron⁹ eius. z fm be. tho. Misericordia z pietas conueniūt cū clemētia z māsuetudine. inquātū cōcurrūt ad eundē effectū. q̄ est p̄hibere mala primorū. Differūt tm̄ quātū ad motiuū. Nā pietas remouet mala primoz ex reuerētia quā hz ad aliquē superiorē deū vel parētē Misericordia remouet mala alioz. ex hoc q in eis ptristat quasi estimās ad se ptinere. quod puenit ex amicicia. Māsuetudo inquātum remouet irā incitantē ad malū alioz. Clemētia hoc facit ex animi lenitate inquātū iudicat equū talem nō āpli⁹ puniēdū. Decio bonitatē p̄ncipis z ppli cōsumat. Prouer. xvi. Clemētia regis q̄si ibet serotin⁹ Et Crisp. dicit q meli⁹ est dño reddere rōez de nimia mia. cuī de nimia seueritate. xxvi. q. vij. Alligant.

Titulus Quartus

Modestia quid sit & quibꝫ cõmendat. Cap. I.

Post continentiam et clementiã ponit Tullius modestiã partẽ tempantie, sicut autẽ tempantia est moderatiua eorũ que difficilimũ est refrenare, scz delectatõnes ciborũ et venereorũ, ita modestia est moderatiua eorũ que in huiusmõi mediocriter se habent, i. nõ habent tantã difficultatẽ. Unde post tempantiã & moderatiõem penarũ quã facit clementia, quatuor relinquũtur modestie moderãda. Primũ est motꝰ animi ad aliquã excellentiã. & hãc moderat humilitas. Secundũ est desideriũ eorũ que ptinent ad cognitiõem & hoc moderat studiositas. Tertiuꝫ est quod ptinet ad corporales motus & actiones, vt deceter fiãt & modeste, tam in his que serio, qꝫ in his que ludo agunt. Et quantũ ad ea que ptinent ad ludũ. i. solatiũ ponit pbs eutropeliã. Quartũ est quod ptinet ad exteriorẽ apparatũ, vt in vestibꝫ & huiusmõi, ad Phil. iiij. dicit aplus, modestia vestra nota sit omnibꝫ hominibus. hec hea. Tho. Quõ circa compositiõem exteriorũ motuũ sit virtus, supra hea. Tho, sic probat. se cũda secũde, q. clxvij. ar. i. Virtus moralis consistit in hoc, qꝫ ea que sunt hominis p rationẽ ordinãtur. Manifestũ est autẽ qꝫ motus exteriores hoĩs sunt p rationẽ ordinabiles quia ad imperiũ rõnis exteriora membra mouent. Unde patet qꝫ circa horũ motuum ordinatiõem cõsistit virtus moralis. Ordinatio autẽ horũ motuũ attẽditur qãtum ad duo. Uno modo ꝑm conuenientiã persone. Alio modo ꝑm conuenientiã ad exteriores personas negocia seu loca. vnõ hea. Amb. dicit. i. de offi. Hoc est pulcritudinem viuendi tenere, cõuenientia cuiqꝫ sexui & persoue reddere, & hic ordo gestorũ optimus hic ornatus ad omnẽ actionẽ cõmodius Itẽ quia exteriores motus sunt signa interioris dispositõis. que attendit circa animi passiones, ideo per motus exteriores alĩ hoies de nobis iudiciũ capiũt, ꝑm illud Eccle. xix. Ex visu cognoscitur vir & ab occursu faciei sensatus. Et ideo moderatio exteriorũ motuũ qdãmõ ad illud ordinat ꝑm illud Aug. i regla. In oĩbꝫ motibꝫ vestris nihil fiat qõ cuiuscqꝫ offendat aspectũ, sed qõ vestrã deceat sanctitatem Et ideo moderatio horum motuũ põt reduci ad duas virtutes, quas pbs tangit in. iiij. ethi. Inqꝫtũ enim p exteriores motus ordinamur ad alios ptinet huiꝰ motuum exteriorũ ordinatio ad virtutẽ amicicie seu ad affabilitatẽ. que attendit circa delectationes & tristicias que sunt in verbis & in factis in ordine ad alios cũ quibꝫ viuit Inqꝫtum vero exteriores motꝰ sunt signa interioris dispositõis ptinet talis cõpositio motuũ exteriorũ ad virtutẽ veritatis p quã qs talẽ se exhibet exterius qlis est intrinsecus. Et qꝫis ex naturali dispositõe qs habeat inclinatiõem ad hãc vel illã cõpositiõem motuũ exteriorũ. tñ qõ deest nature, põt supplere p industriã rõnis. hea. Amb. in li. de off. Motũ natura informat. Si qd sane in natura vitiũ ẽ, industria emẽdet. Modestiã sic diffinit Tul. in. i. rhet. Modestia est p quã pudor honestatis purã & stabilẽ cõparat auctoritatẽ. Pudor est timor turpitudis vel fuga rei indecẽtis. declinãdo indecentiã in exterioribꝫ. Auctoritas ꝺr hic grauitas. Purã ꝺr. i. nõ hãs admixtiõem sui ctrarĩ, scꝫ vilitatis. Stabilẽ qr nõ est mometanea talis grauitas sed ꝑmanẽs.

De modestia igitur quã §. I

tũ ad tertiũ modũ ex quatuor supradictis, s. circa motus & actꝰ corpales notãdũ. qꝫ ordinatõ interiori (qꝫ est cũ rõ ꝓeest & appetitũ tempat) est causa exterioris ordinatõis, & exterior gestus ẽ signũ interioris dispositõis Eccle. xix. Amictus corpis & risus dentiũ & gressus hoĩs enũciat de eo. Et aug. dicit. qꝫ incõpositio corpis qlitatem iudicat mẽtis. dist. xli. §. vl. clericus Sciendũ qꝫ motꝰ vnde modestia ꝺr est tenere decorẽ in exterioribꝫ actibꝫ, & decor iste attendit respectu aspectus hoĩm. Decorũ in hoĩe ꝺr qõ est ꝓsentaneum nature, i. rõi naturali. Prio igit attendẽda est qlitas psonẽ que aliqd agit & cũ qua agit. & tps & locus. Alicd eni cõgruit vni psone qõ non ꝓgruit alteri Job ꝑmittebat filijs ꝓuuia facere ad fouendũ inuicẽ beniuolentiã, & ipse tñ nõ intererat Aliqd licet extra eccliã, qõ nõ licet intra eccliam. vt iudicia facere & negociatões & hmõi. Aliqd licet vno tpe vt venari & hmõi qõ nõ licet alio, vt in qdragesima. Aliqd licet dicere in vna materia, qõ nõ est decẽs in alia. Tulliꝰ, vitiosum est in re seua delicatũ inferre ꝑmonẽ. Itẽ modestia indecentiã cauet in ꝟbo. in risu. in motu corpis. in mẽbrorꝫ situ. in occupatõe vel actu. in habitu. Et qãtum ad ꝟba & risus sic dicit Sen. de qttuor ꝟtuti. A verbis turpibꝫ abstineto Sermões vtiles magis qꝫ facetos & affabiles ama. rectos potiꝰ qꝫ obsecũdantes Miscebis interdũ seriꝫ iocos, sꝫ tpatos Sꝫ nõ modicus repbensibilis est risus si puerilis effusus. si mulie briter factus odibilẽ facit. Itẽ risus sine cachino Uox sine clamore, incessus sine tumultu, qles tibi nõ desidia erit. Idẽ nõ sis aliorꝫ curiosus scrutator nec acerbus repbensor, sine exprobratõe correptor, ita vt ãmonitõem hilaritate ꝓuenias, & errori facile veniã dato. Nec extollas quẽqꝫ nec deiicias. Recreti facile rride Contẽdenti facile cede. Nec in iurgia execratiõesqꝫ descẽdas. Rari ꝑmixtus sis sed loqntiũ patiẽs Circa motũ corpis cauẽda est nimia tarditas & nimia velocitas Sen. Si ꝓtinẽs es & aptus ut corpis motꝰ obscua. ne indecori sint. De hꝰ indecẽtia ꝺr Esa. iij. Pro eo qꝫ eleuate sunt filie syõ extẽto collorẽ. In occupatõe attẽdẽdũ est ad naturas. ad qd. s. aliqs a nata sit dispositꝰ. qꝫ ei debilẽ corpori genioseus & viuaciꝫ mẽorie, ñ militias sed lras & studiũ sectari ꝺr Attẽdẽdũ est ad etatẽ Etas ei adolescẽtie labore aĩ vel corpis exercẽda ẽ. & autoritati senũ subiiciẽda. Dñt ei adolescẽtes senes vereri, ꝓsilio eor regi. & exẽplo iformari. Senibꝫ ꝺo sunt labores corpis minuẽdi Cõsilio dñt aliis iuuare et exẽpla imitatõe digna ministrare. Prelati vero estimare se gerere psonam ciuitatis.

De modestia sensuum §. II

ꝑcipue oculorꝫ. Licz oẽs sensus dẽam ꝰ retinere freno modestie. qvt ꝺr Hier. ix. Mors ascẽdit p fenestras nras. s. sensuũ ingressa ẽ domos nras. Propẽ qõ ait aplus, Mortificate mẽbra vra q sunt sup tra. i. organa sensuũ. In cꝰ figurã iosue qnqꝫ reges affixit cruci qr sensus qnqꝫ cruci mortificatõis sunt submittẽdi. Precipue tñ hoc fieri ꝺz circa oculos nã qnto nobiliꝰ ẽ mẽbrorꝫ viuacior sensus, qr plꝰ rerꝫ dñas appẽdit tãto magis nociuũ si ñ regleꝰ rõe, ꝓpter Oculs meꝰ decẽ

datus est aiam meã. Oculꝰ enĩ irritat gulã. Ben. iij. Uidit mulier lignũ qꝺ esset bonũ ad vescendũ. pul crũ visu ⁊c. Incitat cupiditatẽ. Unde diabolꝰ ostẽdit xpo oĩa regna mũdi vt temptãdo induceret ad aua ritiã. Math. iiij. Inflãmat luxuriã Eccle. ix. Ne aspi cias in vultũ mulieris ex hoc cõcupiscẽtia enĩ exarde scet ꝙsi ignis Quãto plura ligna ponunꝫ in igne plꝰ ardet. Alij sensus de muliere aliquid apprehendũt vt auditus vocẽ ⁊ hmõi. Sed visus multa simꝫ. qꝫ ⁊ fa ciem ⁊ colorẽ ⁊ ornatũ ⁊ gestũ. ⁊ ideo plus inflãmat. Excitat superbiã. Dicit enĩ Bernꝫ. qꝫ luciferꝫ videns dei filiũ equalẽ patri voluit ei assimilari ⁊ superbia ductus dixit. Sillis ero altissimo. sic de bubone fabulose ꝺr qꝫ vidẽs bouẽ in prato ita pinguẽ ⁊ grossum volẽs ei assimilari intumuit intantũ qꝫ crepuit. Ad irã inducit. Math. xviij. videtes ꝺserui que fiebãt ꝺtristati sunt valde scz pre ira. Ad inuidiã ꝓuocat. i. Reg. ij. vide/ bis emulũ tuũ in tẽplo in omnib ꝓsperis. ⁊ postea subdiꝫ. vt deficiãt oculi tui. s. inuidia ⁊ tabescet aniã tua. Accidiã imittit videns enĩ piger intemperiẽ ae ris nõ vult exire ad agrum Eccle. xi. Qui obseruat vẽ tum nunq̃ seminat. vnde dixit xps. Lu. xi. si oculꝰ tu us nequã fuerit. totũ corpus tuũ tenebrosum erit. qꝫ omnes tenebre peccatoꝝ ex imodestia oculoꝝ Citius etiã peccaꝫ p oculũ. qꝫ in momẽto in ictu oculi. vnꝺ de holoferne ꝺr iudith. iiij. quia stati capt⁹ est ĩ aspe ctu eius. Faciliꝰ enĩ peccaꝫ p oculũ qꝫ faciliꝰ patet ob iectũ oculoꝝ q̃ alioꝝ sensuũ Hec habenꝫ in expositõ ne regule bea. Aug. ab hũberto.

De modestia circa .§.III

ludos ⁊ circa dicta vel facta iocosa circa q̃ ꝓbs ponit quãdã virtutẽ eẽ. quã noĩat eutropeliã nr̃a ãt lingua dicere possumꝰ iocũditatẽ vel vrbanitatẽ Pro cꝰ declaratõe sciendũ ꝑm bea. tho. se. se. q. clxviij. qꝫ sicut cor pus indiget corpali q̃te ad refocillatiõz sui. qꝫ nõ ꝑt ꝺtinue corpaliꝫ laborare. propt̃ hoc qꝫ hz finitã ꝓtutẽ que determĩatis laboribꝫ ꝓportionaꝫ Jta etiã ex pte aie. cuiꝰ est virtus finita. ad detẽminatas opatiões ꝓ portionaꝫ Et ideo qñ vltra modũ suũ in aliq̃s opatõ nes se extẽdit laboratꝫ ex hoc fatigaꝫ ꝑsertĩ qꝫ in opa tionib aie simꝫ etiã laborat corpus inq̃ntũ. s. aia itel lectiua vtiꝫ viribꝫ ꝙ organa corpea opantibꝫ. sunt ãt bona sensibilia ꝺnaturalia homi. Et ideo qñ aia vltra sensibilia eleuaꝫ opibꝫ rõis intẽra. nasciꝫ exinde que dã fatigatio aialis. siue hõ intẽdat opatõi rõnis pra ctice. siue speculatiue. Magis tñ si opibꝫ cõtẽplatio nis intẽdit. qꝫ ꝙ hoc magis a sensibꝫ eleuaꝫ. q̃uis in aliq̃bꝫ opibꝫ rõis practice. exteriorib forte corpis ma gis fatigeꝫ. Invtriscz tñ tãto magis q̃s aialiꝫ fatigaꝫ q̃nto magis opibꝫ rõnis intẽdit. sicut autẽ fatigatio corpalis soluiꝫ ꝙ corpis q̃tẽ. ita etiã oportꝫ qꝫ fatiga tio aialis soluaꝫ ꝙ quietẽ aĩ. Quies autẽ animi est ꝺ lectatio. Et ideo oportet remediũ ꝺtra fatigatõez ani malẽ adhibere ꝙ aliquã delectatõem. inẽmissa inten tione ad insistendũ studio rõis. sicut legimus ĩ colla tionib patrũ de Johã. euã. qꝫ cũ scandalizareꝫ q̃ꝺaz videns cũ ludentẽ cũ discipulis. fecit eum trahere ar cũ pluries ⁊c. Idẽ legiꝫ de sancto Antho. Et dixerũt qꝫ ita animus frangereꝫ si nunq̃ a sua intentiõe rela xaretur. hmõi autẽ dicta vel facta in quibꝰ nõ queri/ tur nisi delectatio animalis. dicũtur ludicra ⁊ iocosa ⁊ ideo necesse est interdũ talibus vti. quasi ad quan dã animi quietẽ. ⁊ hoc est qꝫ philosophꝰ dicit in. iiij. ethi. qꝫ in buns vite cõuersatiõe quies quedã habeꝫ cum ludo. Circa que tamẽ tria videtur p̃cipue atten denda. Primũ ⁊ principale qꝫ ꝓdicta delectatio nõ q̃ ratur in aliquib verbis vel factis turpibꝫ vl̃ alias no ciuis. Scõm ne totaliter grauitas animi resoluatur vnde Tul̃. in li. de offi. Sicut pueris nõ oẽm ludẽ di licentiã damus. sed etiã que ab honestis actibus non sunt aliena. Sic in ipso ioco aliquid ꝓbi inge nij lumẽ elucescit. Tertiũ quod est attendendũ sicut in oĩbus alijs actionib humanis vt cõgruant per sonis. tempib ⁊ locis. ⁊ ꝑm alias debitas circũstan tias ordinẽtur. ⁊ sic circa hmõi est virtus. Et nota qꝫ licet Tul̃. dicat. i. rhetor. qꝫ qñ auditores sunt defati gati. nõ est inutile ab aliqua re noua aut ridicula in cipe oratõem Si tamẽ dignitas rei nõ admittat facul tatẽ. sed addit Et ideo qꝫ scriptura sacra maximis re bus intendit. ꝑm illꝺ ꝓuerb. viij. Audite qꝫ de re bus magnis locutura sum. iꝺo bea. Amb. sup lucã tractans illꝺ. Uevobis q̃ ridetis. Excludit iocũ. nõ quidẽ a conuersatione humana sed a doctrina sacra. Unꝺ dicit. Licet interdũ honesta ioca sint ac suauia. tamẽ ab ecclĩastica abhorrẽt regula. qm̃ q̃ in scpturꝫ nõ reperim⁹ ea quẽ ad modũ vsurpare possumus.

De modestia circa .§.IIII

habitũ vel cultũ vestiũ dicit Hiero. qꝫ nec affectare sor des nec exquisite delitie laudẽ pariunt. distĩ. xli. §. i. Sciendũ igiꝫ ꝑm bea. tho. se. se. q. clxix. qꝫ in his reb exteriorib quib homo vtiꝫ nõ est vitiũ in se aliqꝺ sed ex pte hoĩis qꝫ immoderate vtiꝫ eis. Que quidẽ immoderãtia potest esse duplr Uno modo ꝙ compa tionẽ ad homies cũ quib viuit. Unde Aug. di. viij Que cõtra mores ⁊c. Turpis est oĩs ꝓs que vniuer/ so suo nõ cõgruit. Alio modo potest esse immoderã tia in vsu taliũ rerũ ex inordinato affectu vtẽtis ex q̃ cõtingit quãdoqꝫ qꝫ hõ nimis libidinose vtiꝫ talib. siue sit ꝑm consuetudinẽ. siue preter cõsuetudinem eo rum inter quos viuit. Contingit autẽ ista inordina/ tio affectus tripliciter. Uno modo inq̃ntum ex super fluo cultu vestium quis querit gloriã. prout vestes ⁊ huiusmõi ptinent ad ornatũ quendã. Alio mõ ꝑm quod ꝙ superfluũ cultũ querit ꝺlitias ꝑm qꝺ vestis or dinaꝫ ad corpis fomentũ. Tertio mõ ꝑm qꝺ nimiã solicitudinẽ apponit homo ad exteriorẽ cultũ vestiũ. Etiã si non sit aliqua inordinatõ ex pte finis. Et ꝑm hoc Andronicꝰ ponit tres ꝺtutes circa exteriorẽ cultũ scz humilitatẽ que excludit intentõem glie. Unꝺ ꝺr qꝫ humilitas est habitꝰ nõ superabũdans in sumptib ⁊ preparatiõib. Et ꝙ se sufficientiã. que excludit intentõ nem delitiaꝝ. Unde ꝺr qꝫ ꝙ se est sufficiẽs habitꝰ con tentus eoꝝ quib oportet. ⁊ determinatiua eoꝝ que ad vinere conuenit. Et simplicitatẽ. que excludit sup fluam solicitudinẽ. Unde dicit qꝫ simplicitas est ha/ bitus contentus his que contingunt. Ex parte defe ctus potest esse duplex inordinatio Uno modo ex ne gligentia hoĩis qui nõ adhibet studiũ ⁊ laboreꝫ. vt vratur exteriori cultu vt decet. Unde ꝓbs dicit qꝫ ad molliciem pertinet qꝫ aliquis trahat vestimẽtũ suum

p terrã, z nõ laboret in eleuando. Alio mõ incẽtum ipm defectũ exteriorꝭ cultus ordinat ad glam. vnd pbs dicit in .iij. eth. q̃ superabundantia z inordinatus defectus ad iactantiã ptinet. Ad hoc facit q̃ dic̃ Aug. d. xli. quisq̃s. Et ptra modestiã est etiã fucus

De studiositate. Lapm. xi.

Ponitur etiã pars modestie, z p sequẽs tpantie ꝑm b. tho. ij. ij q. clxvi. studiositas que virt̃ est contraria curiositati refrenãs animũ ab inordinato affectu cognoscẽdi. vnde Aug. dicit q̃ curiosi esse prohibemur magne tpantie mun̄ est. Dicit autẽ studiositas a studio. Studiũ autẽ dr esse vehemẽs ai applicatio circa aliq̃d pagendum. Mens autẽ nõ applicat ad aliquid nisi cognoscat illd. Unde p priꝰ mens applicatur ad cognitõem scibilis autẽ applicat ad ea in quibus homo p cognitõem dirigit. Et ideo studiũ p prius respicit cognitõem. z scibilis quecũq̃ alia ad q̃ opanda directõe cognitionis indigemꝰ. Uirtutes aũt proprie sibi attribuũt illã materiã circa quã primo z principaliter sunt. vt fortitudo. pricula mortis. tpantia. delectationes. tactus. z ideo studiositas dicit proprie circa cognitõem. vnde Prouer. xxviij. Stude sapientie fili mi letifica cor meũ vt possis rndere sermonẽ. Qd autẽ sit ps tempantie sic declarat bea. Tho. vbi supra. Ad tpantiã ptinet moderari motũ appetitus ne superflue tendat in id q̃d naturaliꝛ cõcupiscit. sicut autẽ homo naturaliꝛ cõcupiscit delectationes ciborũ et veneream ꝑm naturã corpalem. ita ꝑm aiam naturaliter dr̃erat ꝓgnoscere. vnd z pbs dicit q̃ omnes homines natura scire desiderãt Moderatio autem huiꝰ appetitus ptinet ad virtutẽ studiositatis. Et sic patet q̃ cõtinet sub modestia z est ps tpantie. Et nota ꝑm bea. Tho. vbi s. q̃ actus cognoscitiue virtutis impat avi appetitiua. q̃ est motiua oim aliarũ viriũ Et ideo circa cognitõem duplex bonũ potest attẽdi. Unũ quidẽ cõtum ad ipm actum cognitionis z tale bonũ ptinet ad virtutes intellectuales. vt. s. circa singula homo extimet verũ. Aliud est bonũ quod pertinet ad actũ appetitiue virtutis. vt sic homo habeat appetitũ rectũ applicandi vim cognoscitiuã sic vel aliter ad hoc vel ad aliud. Et hoc ptinet ad virtutẽ studiositatis. z ꝑm hoc ponit virtus moralis. Item cum ꝑm pbm in .ij. ethi. ad hoc q̃ homo sit virtuosus. oportet q̃ fuet se maxie ab his ad q̃ natura inclinat. Inde ẽ q̃ sicut natura inclinat ad timendũ pricula mortis in quib̃ se seruat cõtra ea p fortitudinẽ z sectandũ delectabilia actus a q̃ retrahit p tempantiã. sic etiã natura inclinat ad appetendũ scire. Sed quantũ ad cognitionẽ est in homine cõtraria inclinatio. quia ex parte anime inclinat homo ad hoc q̃ cognitionẽ rerum desideret. Et sic oporteret vt homo laudabiliter hmõi appetitũ refrenet. ne in moderate cognitiõi rerũ intendat. qd̃ esset vitiũ curiositatis. Ex pte vero nature corpalis inclinat homo ad hoc. vt laborẽ vitet inquirendi sciam. Quantũ ad primũ studiositas in refrenatione cõsistit. appetitus inordinati. Sed cõtũ ad secundũ. Laus huiꝰ virtutis cõsistit in quadã vehemẽtia intentionis ad scientiã rerũ pcipiendã. primũ tamẽ est essentialius huic virtuti cõtũ scõm.

Nota q̃ ser sunt que §. I.

multũ valent ad discendũ precipue sacra scripturã z p cõsequẽs cõgruũt studiositati que figurant̃ per sex gradꝰ quib̃ ascendebat ad thronũ salomonis. q̃ significat sapientiã. Primũ est mẽtis depurato seu puritas. quia vt dicit Sapien. i. In animã maliuolam nõ intrabit sapiẽtia ꝛc. ad quã puritatẽ multũ opat timor dñi. q̃vt dr. Prouer. xiij. sapiens timet z declinat a malo. ps. cx Initiũ sapiẽtie timor dñi. In iohanne euãgelista propẽ eminentiã puritatis collata fuit magna sapientia. Secundũ est frequẽs oro Jac. i. Si quis indiget sapiẽtia postulet a deo Sap. viij. Inuocaui z venit in me spũs sapiẽtie. sic salomõi oranti post oroem fuit collata sapiẽtia. Et bea. tho. de aq̃no dicit. q̃ magis p oroem cõ̃ p lectõem hauserat sapientiã sicz bea. Bern̄. Tertiũ vero humiliatio. vbi humilitas ibi sapiẽtia. Ptholo. Jnẽ sapiẽtes ille sapientior. q̃z humilior. Et debet esse humil quoad q̃ tuor. Primo vt nullã doctrinã cõtemnat. Sen̄. Primũ documentũ. vt nullã sapiam contẽnas. Scõo vt a nullo addiscere quis erubescat Senec. quenon nosti. sine occultatõe ignorãtie tibi postula imptiri. Aug. senex a puero existẽs tot annoꝝ a collega nondũ anniculo patus sum edoceri. xxiij. q. iij. si habes z di. xxxvij. si nullus. Et etiã a malis debet hõ addiscere. In cuiꝰ figura est q̃ vasa aurea z argẽtea egiptõrum dñs iussit israelitis mutuo accipere. z asportare ad cõstructõem tabernaculi. q̃videlicz sapiam z eloquẽtiã ethnicorũ possumꝰ z debemus vti. ad ecclesie edificationem. vt dicit Bzan̄. di. ij. Qui enim solũ a bonis volũt discere sunt similes illis qui semp in schiphis argenteis vel aureis volũt bibere. quoꝝ sitis miserãda nõ est Tertio vt q̃s nõ erubescat confiteri se nescire quod nescit Aug. nõ est homi erubescendũ se cõfiteri nescire q̃d nondũ se scire mentiri. nunq̃ scire mereat. Quarto vt humilẽ modũ loquẽdi quẽ habz scriptura nõ contẽnat. Quartũ est vt librorꝝ emendationi intendat. Unde Aug. de doctrina xpiana ait. Lodicibo emẽdandis priꝰ debet inuigilare solertia eorũ q̃ scripturas sctas intelligere desiderãt. Quintũ est vt sit diligẽs scripturas sacras indagãdo. ad q̃d est necessariũ primo mãsuetudo. vt homo cedat auctoritati dine scripture. Aug. de doctrina xpiana. In oiꝰ canonicis scripturis. timẽtes deũ z pietatẽ mansueti querũt voluntatẽ dei. Hoc autẽ ordine pcedẽdũ ẽ in indagãdo scripturas sacras ꝑm Augus. in dicto lib. Erit diuinarꝝ scripturarꝝ solertissimꝰ indagator. q̃ primo totas legerit. notasq̃ habuerit. z nõdũ intellectis tñ lectõe dũtaxat eas q̃ canonice vocant. Nã ceteras securiꝰ leget fideveritatis instructꝰ Inq̃sitio aũt dupliciter fit. Qñq̃ ab alio querẽdo. ad q̃d pertinet q̃d ait idem Nulla res magis memorie mãdãda est. cõ̃ illa verboꝝ locutõnũq̃ genera. q̃ ignoramꝰ. vt cũ pitior occurrerit. queri possit. Qñq̃ inq̃rit q̃s p se in scriptura. z tũc cauenda est ei temeritas. ne. s. nota p ignotis habeat biscq̃ temere assentiat. hec enim ꝑsumptio est. Item in inq̃rendo cauenda sunt tria. que impediũt p fectũ studiũ Primũ est curiositas. vt. s. nõ impendat magna opa his que nõ sunt magne vtilitatis. Sen̄. Quid te torques in illa questiõe quam subtilius est

cōtempſiſſe cū ſoluere. Cauēda eſt etiā inſtabilitas. Sen. Ne lectio multoꝝ auctoꝝ z oīs generis volu⁹ minū habeat aliq̄d vagū z inſtabile Cauēda eſt etiā riſandi libido q̄ ꝓtos in arte logica multū ſolet vexa re. ij. ad Thimo. ij. Noli ꝓtēdere ꝑ vbis Cauēda eſt eti am nimia velocitas in trāſcurrēdo. Nō enī videt ani m⁹ latēres ſentētias in trāſcurrēdo Sapiēs. Nil ma gnū rerū ipſa natura cito efficidoluit Sextū eſt vt ſit aſſiduus in ſtudēdo Viero. Diuine ſcripture ſp ī ma nibus z iugiter in mēte voluētur. Nec ſufficere putes mādata memorie teneret opib⁹ obliuiſci. Jtē diuias ſcripturas ſepi⁹ lege, immo nūq̄ ſacra lectio de māu tua deponat. In decre. di. xxxvij. Oēs pſallētes q̄ti die deo reꝛomittim⁹. In iuſtificatoꝛib⁹ tuis medita boꝛ. nō obliuiſcar ſermones tuos. Qō z ſi omnib⁹ fi delib⁹ obſeruare ſaluberrimū eſt. pcipue his q̄ eccle⁹ ſiaſticā cōſecuti ſunt dignitatē. Debet autē q̄s labo⁹ rare vt ſcripturas ipas poſſit intelligere z memorie re tinere. Qō ſi vtrūq̄ nō pt. peligendū eſt ītelligere ma giſq̄ memorie habere. De ſapientia autē accepta nō ſit ingratus deoꝛ doctoꝛib⁹ ne eam mereat amittere. Ad q̄ optime facit. c. reuertimini. xvi. q. i.

¶ De humilitatis quidditate. Capl'm. xij.

De humilitate demum

videndum eſt. quā ſic diffinit bea. Bern. Qō humilitas eſt qua q̄s veriſſima ſuip ſius cognitiōe ſibi vileſcit. Nota ꝑm beatū Tho. ij. ij q. clxi. Qō humilitas nō cōſiſtit eſſentialr in ipſa ſui cognitiōe, ſed in moderatiōe motus appetitus. vt. ſ. aliquis reꝑmat ſe ne feratur in ea que ſunt ſupra ſe. Ad hoc autē eſt neceſſariū vt homo cognoſcat id in quo deficit a ꝓportione eius. quod ſuam virtutem excedit. Et ideo cognitio ꝓpriꝝ defectus ꝑtinet ad humilitatē ſicut regla quedā directiua appetit⁹. Eſt autē virtus ſpecialis. vnde dicit Origenes ſup illud. quia reſpexit humilitatē ancille ſue. Luc. i. In ſcptu ris vna de virtutib⁹ humilitas dicat. Pro cui⁹ decla ratiōe dicit beatus Tho. vbi ſupra q̄ bonū arduum habet aliq̄d vnde attrahit appetitū. ſ. ipam rationez boni. z habet aliquid retrahēs. ſ. ipam difficultatem adipiſcēdi. ꝑm quoꝝ primū inſurgit mot⁹ ſpei. et ꝑm aliud motus deſperatōis. Circa motus ā t appetiti⁹ uos q̄ ſe habēt per modū impulſionis, oꝑtet eē vir tutem moralē moderātem z refrenātem. Circa illos autē qui ſe habēt p modū retractiōis, oꝑtet eſſe vir tutem moralē impellentēz firmantē. Et iō circa ap petitū boni ardui neceſſaria eſt duplex virtus. Una que tēperet z refrenat animū ne īmoderate tendat in excelſa. z hoc ꝑtinet ad humilitatē. Alia que firmet animū cōtra deſperationēz impellat ipſum ad proſe cutionē boni ꝑm rationē rectam z hoc facit magnani mitas. Et ſic patet q̄ humilitas eſt virt⁹. Nec eſt con traria magnanimitati. cuius reꝑmat animū ne tēdat in mgna. quia hoc nō facit ſimpliciter. ſed in illa ma gna que ſunt ſupra ſez p conſequens preter rationē re ctam. Magnanimitas autē impellit ad magna. nō quecūq̄ ſed proꝑtionata. z per cōſequens ꝑm rectā rationē. Undevtraq̄ conuenit in eo q̄ eſt ꝑm rectā rationē. Qō autē humilitas nō cōnumerat a pbo in tervirtutes morales ratō poteſt eſſe. quia ipſe intēde bat agere de virtutib⁹ ꝑm quod ordinātur ad vitam ciuilem, in qua ſubiectio vnius homis ad alterꝝ ꝑm legis ordinē deriuatur z ideo cōtinetur ſub iuſticia le gali. humilitas autē ꝑm quod eſt ſpecialis virtus. re ſpicit ſubiectionē hominis ad deū. propter quē etiaz alīs humiliando ſe ſubīcit. Uel etiam poteſt dici q̄ pbs in. liij. etbi. eū qui tendit in pua ꝑm modū ſuuz nō vocat magnanimū. Et Origenes dicit. Si vis h⁹ nomen audire virtutis quō etiā a pbis appellet. au⁹ ſculta eandē eſſe humilitatē quā reſpicit deus. q̄ ab illis dicit menſuratio ſiue moderatio. que manifeſte pertinet ad modeſtiā z tpantiā. Humilitas autez eſt quedā moderatio ſpiritus vt dictū eſt.

Dicitur autem humi⁹ §. i.

lis ꝑm Iſiō. quaſi humi acliuis. i. inherēs. quod cuz cōtingit a principio extrinſeco. ſ. cū quis ab alio deīcitur. ſic humilitas eſt a pena. ꝑm illud humiliauerī in cōpedibus pedes eius. Cum autē ſit a principio intrinſeco debito modo. ſ. cum quis cōſiderans defe ctum ſuū tenet ſe infimū ꝑm ſuū modum vt abraaz cum dixit. Loquar ad dominū meū cuz ſim pulvis et cinis. Sen. xvij. eſt virtus. Sed cum quis deſīt ꝑm ſigna exteriora tantū ficte. ſcilz ad gloriā queren dam. eſt falſa humilitas. Quō per humilitatem de bet ſe homo omnib⁹ ſubīcere. ꝑm illud ad Philip. ij In humilitate ſuperiores ſibīnuicē arbitrātes. Sic ō clarat beatus Tho. vbi ſupra. In homine duo poſ ſunt cōſiderari. ſcilz id quod eſt dei. z id quod eſt ho minis. Hominis eſt quicq̄d pertinet ad defectū Dei autē eſt quicq̄d pertinet ad ſalutis perfectōem. ꝑm il lud Oſee. xij. Perditio tua iſrael ex te tantū. ex me au xiliū tuum. Humilitas autē vt dictū eſt ꝓprie īpor tat reuerentiā qua homo deo ſubīcitur z proximo p pter deum Et ideo q̄libet homo ꝑm id quod ſuū eſt debet ſe cuilibet proximo ſubīcere quātum ad illud q̄ dei eſt in illo. Non autē hoc requirit humilitas: vt id quod eſt dei in ſeipſo. ſubīciat ei quod apparz eſſe dei in altero nā illi qui dona dei ꝑticipant ogno ſcunt ſe ea habere ꝑm illō. vt ſciam⁹ que a deo dona ta ſunt nobis. i. ad Corint. ij. Et ideo abſq̄ humili tatis preiudicio poſſunt dona dei que ipſi acceperūt pferre donis dei que apparēt eſſe alīs collata Sicut apl'us ad Ephe. iij. dicit. Alīs generatōibus nō eſt agnitū filīs hominū. ſicut nūc reuelatū eſt ſcīs apo ſtolis eius. Simil'r etiā nec hoc requirit humilitas. vt id q̄ eſt ſui in ſeipſo ſubīciat ei q̄ eſt hominis ī proxio. Alioq̄n oporteꝛ vt quilibet reputaret ſe ma⁹ iorem peccatorē quolibet alio. cum tamē apl's abſq̄ preiudicio humilitatis dicat. Nos ex natura iudei z nō ex gentib⁹ peccatores. ad Gal. ij. Poteſt tamē ali quis reputare aliq̄d boni eſſe in proximo q̄ ipſe nō habet. Uel aliquid mali eſſe in ipſo q̄ in alio nō eſt ex quo poteſt ſe ei ſubīcere per humilitatē. Unde di⁹ cit gloſa ſup illō ſuperiores inuicē arbitrātes. Nō hoc ita debem⁹ eſtimare vt nos eſtimare fingam⁹. Ez ve re eſtimem⁹ poſſe aliq̄d occultū eē in alio. q̄ nobis ſu perioꝛ ſit. Etiā ſi bonū noſtrū quo illo videmur ſupio res eē nō ſit occultū. Nō enī ſolū debem⁹ deū reuere⁹ ri in ſeipo. Sed etiā id q̄ eſt ei⁹ debem⁹ reuereri in q̄ libet. z ſi nō eodē modo q̄ nō veneratōe latrie.

Titulus Quartus

Humilitatis beatus be §.II

nedictus in regla assignat duodecī gradus quos dicit figuratos in scala quā vidit Jacob. Genes. xxviij Possunt etiaz figurari p. xij. stellas corone mulieris. quā vidit Johānes amictā sole Apoca. xij ¶ Primus gradus est cordet corpe semp humilitatē ostendere. defixis in terrā aspectibz. Scōs vt pauca ꝙbaz ratōnabilia loquat aliquis nō clamorosa voce. Tertius vt nō sit facilis aut promptus in risu. Quartus taciturnitas vsqz ad interrogatōem. Quintus tenere quod hz cōmunis regula monasterij. Sextus credere z pnunciare se omnibz viliorē. Septimus ad oīa se indignū z inutilem cōfiteri z credere. Octauus cōfessio peccatorū. Nonus pro obediētia in durisz asperis patientiā amplecti. Decimus vt cuz obediētia se subdat superiori. Undecimus vt voluntatē propriā nō delectet adimplere. Duodecimus vt deū timeat. z memor sit oīm que pcipit. hanc assignatiōem sic declarat beat⁹ Tho. vbi supra Hpilitas vt dictū ē ēntialr in appetitu cōsistit fm qō aliquis refrenat appetitū. z impetū animi sui ne inordinate tēdat in magna. sz regulā habet in cognitiōe. vt. s. aliquis non estimet se esse supra id qō est. ꝛvtriusqz principiū z radix est reuerētia quā quis habet ad deū. Ex interiori autē dispositōe humilitatis procedūt quedā signa exteriora in verbz factisz gestibz. quibz id quod interius late manifestat sicut z in ceteris virtutibz accidit. Et ideo in predictis gradibz humilitatis ponit aliqd qō ptinz ad radicē humilitatis. s. duodecimus gradus q̄ est vt homo deū timeat z memor sit omniū q̄ precipit. Ponit etiā aliquid ptinēs ad appetitū. ne sz impropriā excellentiam inordinate cadat. Qō quidē fit tripliciter. Uno modo vt hō nō sequat propriā voluntatē quod pertinet ad. xi. gradū. Alio mō vt regulet eā fm superioris arbitriū. qō ptinet ad. x. gradū. Tertio mō vt ab huiusmodi nō desistat propē dura z aspera q̄ occurrūt z hoc ptinet ad. ix. gradū Ponūtur etiā quedā ptinētia ad estimatōem homis recognoscētis suū defectū z hoc tripliciter. Uno mō p hoc q̄ proprios defectus recognoscat z cōfiteat. quod ptinet ad octauū gradum Scōdo vt ex consideratōe sui defectus. aliōs se insufficiētē estimet. qō ptinet ad. vij. gradū. Tertio vt cōtum ad hmōi sibi alios pferat qō ptinet ad sextum. Ponūtur etiā quedā q̄ ptinēt ad signa exteriora. q̄rū vnus est in factis. vt. s. homo nō recedat a via cōi in opibus. qō ptinet ad quintū Alia duo sunt in ꝙbis vt. s. hō nō pripiat tps loquēdi. qō ptinet ad quartū Nec excedat modū in loqdēdo qō ptinet ad secūdū Alia vero consistūt in exterioribz gestibus. s. in reprimendo excellentiā oculoz qō ptinet ad primū Et in cohibēdo exteri⁹ risum z alia signa inepte leticie qō ptinet ad tertiū. Et nota q̄ ad humilitatē homo puenit ad duo. Primo quidē principalr p donū gratie Et quātū ad hmōi interiora pcedunt exteriora. Aliud est humanū studiū p qō homo ꝓns exteriora cohibet. z postea ptingit ad extirpandū radicē interiorem. z fm hūc ordinē assignant hic grad⁹ humilitatis. Sciendū etiā q̄ absqz falsitate potest aliqs se credere z pronūciare oīmbus viliorē fm defectus occultos quos in se recognoscit. dona dei q̄ in alijs latēt Similr absqz falsitate potest aliquis se reputari z fateri ad oīa indignū z inutilem fm proprias vires. z sufficientiā suam totā in deū referat. Non est etiaz inconueniens. q̄ ea que ptinent ad alias virtutes hūilitati ascribātur. quia sicut vnū vitium oritur ex alio. ita naturali ordine actus vnius virtutis procedit ab actu alteri⁹ Anselm. in li. de similitudinibz ponit septē gradus humilitatis qui oēs ptinent ad opinionem seu cognitiōem. manifestatiōem z voluntatē proprie abiectiōis. Est ergo primus qui ptinet ad cognitiōem proprij defectus cōtemptibilē se esse cognoscere. Secūdus est de hoc dolere. Nam vitupabile esset si q̄s proprij defectū amaret. ideo hoc excludit per istum scōm gradū. Tertius est hoc cōfiteri scilz suum defectum. Quartus hoc psuadere. vt scz hoc velit credi. Qui duo gradus ptinent ad manifestatōem. Quintus vt patiēter sustineat hoc dici. Sextus vt patiat se cōtemptibiliter tractari. Septimus vt hoc amet. Ui tres pertinēt ad appetitū. Nam qui excellētiam exteriorē nō querit. exteriorē abiectionē equanimiter patitur. siue in verbis siue in factis. Uel etiā desideranter exteriorē abiectōem amplectet quod pertinet ad septimum Jtē quedam glo. super Matheū ponit tres gradus perfecte humilitatis. Primus est subdere se maiori z nō preferre se equali. Secūdus est subdere se equali nec preferre se minori. z hic dicit abundās z ꝑmus sufficiēs. Tertius est subdere se minori in quo est oīmis iusticia. Isti tamē gradus nō accipiūtur ex parte ipsius rei fm naturā humilitatis. sed p compationem ad gradus hominū.

De excellentia humili §.III

tatis sciendū fm beatū Tho. scōa scōe. q. clxi. Qō humilitas nō est excellētissima virtus simplicit Sed post virtutes theologicas z intellectuales. vt prudentiam z iusticiam legalē. Cui⁹ ratio est. quia bonū virtutis humane cōsistit in ordine ratōis. qui principaliter attēditur respectu finis. Et ideo virtutes theologice que habēt deū pro obiecto. sunt potissime. Secundario attēditur prout fm rationē finis ordinatur ad ea que sunt ad finē. Et hec ordinario essentialiter cōsistit in ratione ordināte participatiue autē in vniuersali quātum ad oīa. Quelibet autē alia virtus quātum ad aliquā in ipso appetitu p rōem ordinatō. quā ordinatōem facit naturaliter iusticia. pīsertim legalis. exinde humilitas cōtum facit hoiez bene subditum ꝺo in vniuersali cōtum ad omnia. quelibz āt alia virtus cōtum ad aliquam materiā specialem Et ideo humilitas post theologicas z intellectuales que respiciūt ipsam rationē humilitas est potissima. Dicitur aūt humilitas pria. s. fundamentū virtutū fm Hiero. indirecte. Nā directe dicit z pfectius id eē primū z fundamentū spūalis edificij in virtutibz. p qō ia accedit ad deū. Prim⁹ autē accessus ad deū est p fidem fm illō Heb. xi. Accedētem ad deū oportz credere. Et ideo fides nobiliori modo est fundamētum cōtum humilitas. Indirecte autē id est p modū remouētis prohibēs est humilitas. inquātum. s. expellit superbiā cui deus resistit. z prebet hominē subditū z paratum ad recipiēdum influxum diuine gratie. Ideo āt xp̄s precipue nobis humilitatē cōmendauit. dicens

Mathei.xi. Discite a me quia mitis sum z humilis corde ꝑm b. Tho. quia p hoc remouet impedimētū humane salutis q̄ cōsistit in hoc q̄ homo ad celestia z spiritualia tēdat. a quibus homo impedit dum in terrenis magnificari studet. Et ideo dñs vt impedimentū salutis auferret exteriorē celsitudinē cōtemnēdam mōstrauit per humilitatis exempla. z sic būilitas est sicut dispositō quedā ad libeā accessuz in bona diuina z spūalia. Charitas autē est sicut pfectio quedā aliaz virtutū. Et ideo sicut pfectio est potior dispositione. ita charitas potior humilitate Pertinet autē ad cōmendationē eius Primo quidē necessitas eius. Nam ōr Math. xviij. Nisi cōuersi fueritis z efficiamini sicut puuli. i. humiles nō intrabitis in regnū celoz. Gratian⁹ de pe. di. i. §. Taciturnitas. dicit q̄ sine humilitate nemini potest esse salus. Scōo exempla xp̄i plurima. imo omnia gesta eius Vñ aug. in. xviij. de ciui. dei. sicut Nūc in ciuitate dei in hoc seculo pegrinanti maxime cōmendat humilitas. et in eius rege q̄ est xp̄s. maxime predicat contrariū huic virtuti quod est elationis vitiū. in eius aduersario q̄ est diabolus ꝛc. In cōspectu ei⁹ fuit minim⁹ oim ꝑm magistz. in. iiij. sen. di. ij. Paruulus dat⁹ est nobis. Esa. ix. de humili virgine nasci voluit. humilē domū habuit. quia diuersoriū. humilē lectū quia p̄sepium humilē vestem quia pānis inuolutus est. humilib⁹ per angelū suam natiuitatē nūciauit pastoribus. Sacramēta humiliatōis suscepit. vt circūcisionis z baptismi. Parentib⁹ humilr subditus. Paruulū amplexatur. Marci. ix. Et puulos nō vult pbiberi a discipulis ad seuenire. In p̄dicandoz docēdo dixit. Ego gl̄iam meā non quero. Joh̄. viij. Itē mea doctrina nō est mea. In miraculis faciendis humilitatē ostēdit. dicens leproso. Math. viij. Vide nemini dixeris. Et Marci. vij. Precepit eis ne cuiq̄ dicerent. scz de sanatōe surdi z muti. In census solutiōe Math. xvij. Et in pedū ablutione. Joh̄. xiij. In itinerando sup asellum Math. xxi. In passiōe humiliauit seip̄z ad Phil. ij. Humiles piscatores elegit. Tertio cōmendatur humilitas ex utilitate eius.

De fructibus humi- §. iiij.

litatis. Primo quidē deoz hominib⁹ placeāz redolet Can̄. i. Cū esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suū. Nardus propē sui puritatem significat humilitatē herba ipsa est. Scōo orōes facit d̄o acceptas. p̄s. Respexit in oratōem humi. ꝛc. Judith. ix Humiliū z mansuetoz semp tibi placuit deprecatō. Tertio facit hominē liberari a malo culpe. z a malo pene. p̄s. Humiliatus sum z libe. me. iij. Regū. xxi. Nōne vidisti achab humiliatū coram me ꝛc. Antiqui cōmuniter in signū humiliatiōis ad placandū dño imponebāt cinerez sup capita sua. z induebātur aliquādo cilicio. Sicut legit de iudith de iosue de niniuitis ꝛc. Quarto humilitas hoiez tempaliter exaltat. i. Reg. xv. Nonne cū esses puulus in oculis tuis. caput tribubus israel cōstituī te. dictū fuit sauli q̄ absconderat se electus in regem. Moyses humilis vt patz in excusando se ad eundū ad pharaonē. factus est dux populi. Humilis hieremias q̄ dicebat a a a dñe deus ꝛc. Istitutus est sup gētes z regna. Dauid minim⁹ inter fratres vngit in regem. i. Reg. xvi. Quito inducit ad gl̄iam Job. xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Lu. xiij. dicit in parabola. Recūbe in nouissimo loco ꝛc. tunc erit tibi gloria. Sexto dei apparitiōe seu angelorū facit dignū. Ben̄. xviij. Abrae in conualle moranti apparuerūt tres viri. id est angeli. Septimo ad sapientiā introducit. Prouerbio. xi. Ubi humilitas ibi est sapientia Math. xi. Reuelasti ea puulis. Greg. in pasto. Pupilla oculi nigra videt. Albuginē patiens nihil videt. q̄ humane cogitationis sensus dum se stultū peccatorēq̄z intelligit cognitionē intime claritatis apprehēdit. Si autē candorē sapientie aut iusticie sibi attribuit a luce se supne claritatis excludit. distinctiōe. xlviij. hic etenim. §. albuginem. Exemplū invita patrū de illo qui per ieiunium septem hebdomadarū nō potuit habere declarationē de quodā dubio scripture sacre sed cū cepit ire ad alios interrogādū apparuit ei angelus declarās

¶ Quarto a laqueis tentationū liberat. Unde Anthonio exclamanti. O quis istos euadet laqueos q̄ bus mūdum viderat plenū se connectentibus. dictū fuit sola humilitas. ¶ Nono humilitas nutrix est disciplinatus. vt dicit Crisp. sicut cinis cōseruat ignem. ita humilitas dilectiōem et alias virtutes. Greg. Perūt omne quod agit. si nō caute in humilitate custodit. In huiusmōi figuram omnia vasa que ostendit thezauros ezechias oratorib⁹ regis babilōis asportabat postea z perdidit. Decimo de hoste inferni mirabiliter triumphat. Figurat enim per fundā p quā lapidibus dauid occidit goliā. In vitas patrū dixit diabolus macario. q̄ sola eius humilitas vincebat eum. Undecimo pacē facit. Greg. Pacem illā facit humilitas qua sibi quisq̄z superiorem aliū arbitrat.

Titulus quintus de iusti-

cia. ¶ De iusticia generali. c. i.

Postquā de prudē

tia intellectū practicum dirigētez fortitudinez tēperantia que regulant appetitū sensitiuū dictuz est. cōsequenter dicēdum restat de iusticia que volūtatē rectificat. Sciendū primo q̄ iusticia ꝑm beatū tho. in. iij. di. xxxij q. i. tripliciter dicit prout notat p̄bs in. v. ethi. Uno modo prout importat quendā statū rectitudinis in homie quantū ad ptes ipsi⁹ prout scz aliq̄ pars anie suo superiori subdit. siue ipsi deo siue alij parti homis Et hanc iusticiā noīat p̄bs methaphoricā. eo q̄ diuerse ptes homis cōputant q̄si diuerse persone. Hec autē rectitudo per quodlibet peccatū tollit. z p grāz repatur. Unde hec iusticia etiā virtus generalis ōr int̄um includit omnes virtutes. nō quidē per modū totius vniuersalis. sicut iusticia legalis. sed generalis dicit p modū totius integralis. Et ad hāc iusticiam motus dicit iustificatio qua scz impi⁹ de peccatore p gratiā fit iustus. vñ diffinit iustificatio q̄ est remissio peccatoz z summatō bonoz opez. i. infusio habituū virtutū. Scōo modo dicit iusticia put est nomē generale ad oēs virtutes ꝑm q̄ō est actus earū ordinat ad bonū cōe ꝑm directōem legis. Et de hac

dicit ꝓbs ꝙ iusticia est oīs virtus. Ideo ei dicit̄ generalis, quasi ꝙ quandā causalitatē ꝑm ꝙ per legis imperiū ordinat ad bonū cōe, nō solū actū iusticie particularis, sed etiā actus aliarū virtutū. Nam precipit actū tempantie z ordinat ab bonū cōe, puta cum lex mandat vt nullus adulteriū cōmittat, simil̄ actū fortitudinis in bonū cōmune reducit z precipit ꝙ milites nō deserāt aciē nec arma proiciāt z hmōi. Ꝺō declarās beatus Tho. ij. ij. q. lviij, sic dicit. Justicia ordinat hominē in compatiōe ad aliū. Et hoc pōt esse dupl̄r. Uno modo ad aliū singulariter cōsiderandū. Alio modo in cōi ꝑm qō ille q̄ seruit cōitati, seruit oībus hominib⁹ q̄ sub illa cōitate continētur. Ad vtrq; se potest habere iusticia ꝑm propriā rationē. Nam oēs qui sub aliqua cōitate cōtinent compant ad cōitatē sicut ptes ad totū. Pars autē id qō est totius ē. Unde z quodlibet bonū partis est ordinabile ad bonū totius. Scōm igit̄ hoc bonū cuiuslibet virtutis siue ordinātis hominē ad seipm, siue ordinantis ad aliquas alias psonas singulares est referibile ad bonum cōe. Et q̄tum ad hoc dicit̄ esse virtus generalis, ad quod ordinat iusticia. Et ꝑm hoc actus oīm virtutum ad iusticiā possunt ptinere ꝑm ꝙ ordināt hoīes ad bonū cōe. Ideo iusticia predicto modo generalis dicit̄ iusticia legalis, quia p eā homo concordat legi ordinanti actus oīm virtutū in bonū cōe. Tertō mō dicit̄ iusticia prout est virtus specialis, eq̄litatem constituēs in cōmutationib⁹ z distributiōib⁹ cōmunicabiliū bonorū, que sunt necessaria in vita. hec beatus Tho. z de ista nūc agit̄, q̄ est vna de cardinalib⁹, z p̄cellit omnes morales duplici ratiōe ꝑm beatū Tho. scōa scōe. Primo ex parte subiecti, qz iusticia est in nobiliori parte anime. id est appetitu rationali, s. voluntate. Alie vero. id est fortitudo z tempantia sunt i appetitu sensitiuo, ad quē pertinēt passiones q̄ sunt materia dictarū virtutū. Secūda ratio est ex pte obiecti. Nam alie virtutes laudant ꝑm bonū ipsius virtuosi. Justicia autē ꝑm ꝙ quis bene se habet ad aliud. Et nota ꝙ in scriptura sacra iusticia cōiter accipitur primo modo dicta.

Nota ꝙ iusticia prout §. I.

est virtus specialis distincta a ceteris, se habet vt totū integrale. Et sic ptes eius sunt declinare a malo z facere bonū. Est etiā totū vniuersale. z partes ei⁹ subiectiue, que sunt species ei⁹, sunt iusticia cōmutatiua, z iusticia distributiua. Est z totū principale. Et sic ptes ei⁹ sunt que dicūtur virtutes annexe. Religio, pietas, obseruantia, q̄ includit obediētiam. Ueritas, gratia, seu gratitudo, vindicatio, liberalitas, affabilitas seu amicicia, de quib⁹ omnib⁹ aliq̄d breuiter est dicendū. Sciendū de partib⁹ iusticie integralib⁹, ꝙ cū sit iusticia generalis et iusticia specialis vt dictū ē. Ad iusticiā generalem ptinet facere bonū debitū in ordine ad cōmunitatē vel ad deū. Et vitare malū oppositū scz cōmunitati vel deo. Sed iusticia prout est virtus specialis respicit bonū sub ratiōe debiti in cōparatiōe ad proximū. et ꝑm hoc ad iusticiā virtutē specialem ptinet facere bonū sub ratiōe debiti in cōparatione ad proximū z vitare malū oppositū qō est nocuū proximo. Et ꝑm hoc declinare a malo z facere bonū sunt ptes iusticie specialis. Ad iusticiā eū ptinet eq̄litatem constituere in his q̄ sunt ad alterū. Eiusdem autē est cōstituere aliq̄d. z illō constitutū seruare. Constituit aūt eq̄litatem iusticie in faciendo bonū id est reddendo alteri quod sibi debetur. Conseruare aūt eq̄litatem iusticie iam cōstitute declinādo a malo id est nullū nocumentū proximo inferendo. z nota ꝙ hic declinare a malo scōm ꝙ ponit̄ pars iusticie nō dicit̄ purā negationē que est nō facere malū. Hoc enī nō merek palmā sed tantū vitat penam. Sed importat motū voluntatis repudiātis malum. vt ipm nomen declinatōis importat. Et hoc est meritorium p̄cipue quādo aliquis impugnat vt malū faciat z resistit. Item facere bonū est actus completiu⁹ iusticie z quasi pars principalis ei⁹. Declinare autē a malo est actus imperfectior pars secūdaria. Item nota ꝙ omne peccatū aut est trāsgressio. aut omissio. z transgressio opponit̄ illi parti iusticie que est declinare a malo. Omissio autē alteri parti. s. facere bonū. Aliquādo tamen trāsgressio large sumit̄ pro oīni peccato includendo etiā omissionē. Et sic sumit beat⁹ Ambro. cum diffiniendo peccatū dicit ꝙ trāsgressio legis diuine. Pro cui⁹ declaratōe dicit brūs Tho. ij. ij. q. lxxix. ꝙ nomē trāsgressionis a corporalib⁹ motib⁹ ad morales actus deriuatū est. Dicit autē aliq̄s ꝑm corporalem motū transgredi. ex eo ꝙ transgredit̄ terminū sibi prefixū. Termin⁹ autē prefigit̄ homini. vt vltra nō transeat in moralib⁹ per preceptū negatiuū. et ideo trāsgressio proprie dicit̄ ex eo ꝙ qs trāsgredit̄ p̄ceptū diuinū qō quidē materialr potest esse cōmune omnib⁹ speciebus peccatorū. quia p quālibet speciem peccati mortalis. homo trāsgredit̄ aliqō p̄ceptū diuinū. Sed si accipiat formalr ꝑm hanc specialē rationem qō est facere cōtra preceptū negatiuū. sic est speciale peccatū duplicit̄. Uno modo ꝑm quod opponit̄ ad genera peccatorū opposita aliis virtutib⁹. Sicut enī ad propriā rationē iusticie legalis, ptinet attendere ad debitū precepti, ita ad propriā rationez transgressionis ptinet attendere cōtemptū precepti. Alio modo ꝑm ꝙ distinguit̄ ab omissione que ꝓtriat precepto affirmatiuo. De omissione nota ꝑm b. Tho. vbi supra ꝙ importat omissio p̄termissionem boni debiti. Bonū autē sub ratione debiti proprie ptinet ad iusticiam legalē quidē si debitū accipiat in ordine ad legē diuinā vel humanā. Ad specialē aūt iusticiā ꝑm qō debitū cōsiderat̄ in ordine ad primū vnde eodē modo q̄ iusticia est specialis virt⁹. z omissio est speciale peccatū. distinctū a peccatis, q̄ opponūtur aliis virtutib⁹. Ouero mō quo facere bonum cui opponit̄ omissio. est quedā ps iusticie distincta a declinatōe mali cui opponit̄ trāsgressio. etiā omissio a trāsgressione distinguit̄. Et nota ꝙ omissio non est originale, sed actuale peccatū. nō ꝙ habeat aliquem actum sibi essentialem sed ꝑm ꝙ negatio actus reducit̄ ad genus actus. z sic non agere accipit̄ vt quodā agere boni debiti ad quod quis tenet̄. Et quia null⁹ tenet̄ ad impossibile. ideo nullus peccat peccato omissionis. si non facit qnod nō potest. Item nota ꝙ sicut peccatū trangressionis opponit̄ preceptis negatiuis ita peccatū omissionis affirmatiuis que pertinēt ad faciendū bonū. Affirmatiua aūt precepta nō obligāt

Capitulū Secundū

ad semp. sed ad tempus determinatū. ⁊ pro illo tempore quo q̄s debet aliquid facere nō facit. peccatus omissionis incipit esse. et nō a causa sua. Item sciendum q̄ cum peccatū tanto sit grauius quāto magis distat a virtute. Omissio autē opponit virtuti iusticie negatiue. Transgressio cōtrarie que est maxime distātie. ideo grauius est peccatū trāsgressio q̄z omissio ceteris paribus sicut inferre cōtumeliā parētibus q̄d est trāsgressio. est grauius q̄z nō honorare q̄d est omissio. Et sumendo proprie trāsgressionē ⁊ omissionē scz prout sunt contra precepta. sic sunt mortalia. sed large pro his que sunt preter precepta nō cōtra. sic sunt venialia. Et nota q̄ omnia precepta decalogi sunt d̄ actibus iusticie.

Deinde videndum est §. II.

de diffinitiōe iusticie. et quomodo sit necessaria ciuitati. et ciuib⁹ de p̄ncipijs eius. et de multiplici modo p̄ncipādi. Ad habendū autē diffinitionē iusticie videndum est quid importet nomē eius. Naz frequēter ex significatiōibus nominū a quibus a quibus imponūtur deuenimus in cognitionē rerū. Videtur autē iusticia f̄m nomen quandā importare eq̄litatem. Unde vulgariter ea que adequātur dicunt iustari. Equalitas semp est ad alterū. quia nihil sibimet est equale. Oportet ergo q̄ inter alterum ⁊ alterū equalitas verset. Erit ergo iusticia virtus adequans vnū cum altero. hoc autē fit dum operatiōes ⁊ res exteriores que possunt in vsum hoīs venire. ⁊ in quib⁹ homines sibiinuicē cōmunicant debite ordinātur. Ex quo patet materia circa quā iusticia versat scz operationes ⁊ res inter hoīes cōmunicabiles. quaz ipa est rectificatiua ⁊ ordinatiua. ex hoc patet ei⁹ eminētia ad alias virtutes morales. que hominū tm̄ perficiūt in eis. que cōueniunt ei f̄m seipm̄. Fortitudo enim hominē perficit in seipso. dum timores ⁊ audacias rectificat temperātia concupiscētias. et sic de alijs virtutib⁹ que habent inferiores passiones modificare. Justicia vero hominē perficit in ordine ad aliū. dum ab vno qui plus iusto habz accipit ⁊ alteri q̄ minus iusto habet. vel quando diuersa diuīs p̄portionabiliter f̄m merita distribuit. ⁊ sic semper inter diuīsos equalitatem cōstituit. patet ergo q̄ iusticia est diffiniēda ex actu reddendi ius debitū vnicuiq̄. Sed ad hoc q̄ actus iste sit virtuosus necesse est q̄ procedat ex habitu ⁊ bona dispositōe mentis. Erit ergo iusticia habitus volūtatis siue bona qualitas mētis ius suū vnicuiq̄ tribuēs. Et ad hoc cōcurrit fere intentio omniū diffinientiū iusticiā. Dicit enī iurisp̄itus. q̄ iusticia est constās ⁊ perpetua volūtas ius suū vnicuiq̄ tribuens. vbi potētia pro habitu ponit. vnd̄ iusticia dicit dei voluntas id est volūtatis habitus. Et ad h̄ q̄ iste habitus sit virtutis nō debet quis habere p̄positum ad horā scz ad tempus operandi iusticiaz. sed perpetuo. alioquin nō esset iustus. vnde f̄m p̄h̄m. i. ethi. inter alia que requirūtur ad actum virtutis ponitur. q̄ operet immobiliter. vbi designat actus firmitatem. q̄tū ad p̄positū quod debet habere operans p virtutem. Potest ergo predicta diffinitio iuris ad formā sic reduci. Justicia est habitus volūtatis. f̄m quē aliquis firmo⁹ constāti p̄posito ius suum vnicuiq̄ tribuit. Ad hanc etiā reducit diffinitio quam ponit Macrobius dicens. q̄ iusticia est vnicuiq̄ seruare quod suū est. Isidorus autē eam sic describit. iusticia est ordo eq̄litas qua homo cū vnaq̄q̄ re bene ordinat. Tulius autē in. i. rheto. sic eā describit. Justicia est habit⁹ animi cōmuni vtilitate seruata. suā vnicuiq̄ tribuens dignitatem. Cōplectiue autē eam diffinit beatus Amb⁹. in lib⁹. de officijs dicens. Justicia est que vnicuiq̄ q̄d suū est tribuit. alienum nō vendicat. vtilitatē p̄priā negligit. vt communē equalitatem custodiat.

De duabus speciebus iusticie videlicet cōmutatiua ⁊ distributiua. Cap'lm. ij.

Post assignationē partium integraliū iusticie ⁊ diffinitionē ei⁹.

Nunc videndū est de ptibus subiectiuis scz cōmutatiua ⁊ distributiua. Cum igitur iusticia p̄ticularis de qua nūc loquimur. respiciat aliquā priuatam personā que comparatur ad cōmunitatem sicut pars ad totum. potest duplex ordo attēdi ad aliquā partem. Unius q̄dem p̄tis ad p̄tem cui similis ē ordo vnius priuate ad aliā. Et hunc ordinē habet dirigere q̄dam iusticia que a philosopho dicit cōmutatiua. Consistit enim in his q̄ per quandā cōmutatiōnem habent fieri inter duas singulares personas ad inuicem. vt patz in emptiōibus. venditiōibus. locationibus. ⁊ quibuscūq̄ alijs pactionib⁹ interuenientibus inter vnū hominē et alium. Et hec quidē iusticia constituit equale arithmetricū in q̄ntum adequare oportet rem rei. vt quanto plus iste habet q̄z suus sit. tantūdem restituat ei cuius est min⁹ habenti. Alius autē ordo attendit totius ad partes. cui simil' est ordo cōmunis laicalis vel alicui⁹ principis vicem cōmunis gerentis ad singulares personas. Et hūc ordinem habet dirigere quedā alia iusticia que dicitur distribntiua per quā bona cōmunia distribuūtur. vt honores. ⁊ alia huiusmōi. vt expedit vnicuiq̄ f̄m propriā dignitatē. Et hec quidē iusticia cōstituit eq̄le geometricū. quod nō est accipiendū f̄m eandē q̄ntitatē. sed f̄m proportionē. Cum enī bona cōmunia equalia nō sint nec cines equales esse oēs possint. si princeps vel hi qui rēpublicā regunt de rebus cōmunib⁹ oīb⁹ equaliter prouiderēt. confusio maxima acciderez totius politie ordo periret. talis enī equalitas summa eēt inequalitas. si merita diuersorum f̄m ordinē proportiōis non attenderētur. Debz ergo qui preest cōmunitati diligenter attendere cōditiones personarū. et bonorū cōmuniū qualitates. q̄bus inspectis ⁊ adinuicem compensatis. debet ea p̄portionabiliter distribuere vt sicut vna persona alias excedit. ita etiā illud quod vni tribuit debet excedere id quod alteri exhibetur. Non enī equalibus honoribus honorādi sunt plebei ⁊ optimates. cū isti maiorem principatū teneant in republica. maxime in his que ad defensionē ⁊ gubernatiōem eius pertinēt. Et sic patet duas esse iusticias. Cōmutatiuam p quam subditi dirigūtur in his que fiunt p mutuas cōmutationes rerū venalium. Et distributiuā p quā qui preest dirigitur in rite distribuendo bona cōmunia subditorū qualitate seruata. Pro cuius maiori de

claratione circa iusticiã ipsam particularẽ seu virtutẽ cardinalem, sciendũ ꝑm beatũ Thomã scõa scõe. q. lxi. Qõ iusticia consistit circa quasdã operatões exteriores. scz distributõem z cõmutationẽ. que quidem sunt vsus quorundã exteriorũ vel rerũ vel personarũ vel operũ. Rerũ quidẽ sicut cuz aliquis aufert alicui rem suã vel restituit. Personarũ. sicut cum alicꝫs in ꝓpria persona alteri iniuriã facit, percutiẽdo eum. aut verbis cõtumeliando. Uel etiã cum irreuerẽtiã exhibet. Operũ sicut cum aliquis iniuste exigit vel alteri reddit aliqd opus Si ergo accipiãtur vt materia vtriusꝫ virtutis. ea quorũ operatiões sunt vsus eadem est materia distributiue z cõmutatiue iusticie. Nam et res distribui possunt z cõmunicari ab vno in alios Est etiã vt quedã distributio laboriosum operum et recõpensatio. Si autẽ accipiãtur vt materia vtriusꝫ virtutis actiones ipse principales quibus vtimur ꝑsonis. rebus. z operibꝫ. sic inuenit vtrobiꝫ alia materia. Nam distributiua iusticia est distributiõis directiua. Est cõmutatiua est directiua cõmutationum que attẽdi possunt inter duas ꝑsonas. Cõmutationũ autẽ quedã sunt inuolũtarie z quedã voluntarie. Et inuolũtarie quidẽ quãdo quis vtitur re alterius persona vel opere eo inuito. Quod quidẽ contingit quãdoꝫ occulte per fraudẽ. quãdoꝫ manifeste per violentiã vtrũꝫ autẽ contingit aut in rem aut in ꝑsonam. Et si in personã. aut propriã aut cõiunctam. Et in rem quidẽ si quis accipit rem alterius occulte vocatur furtũ. si manifeste vocat rapina In personã autẽ propriã vel quãtum ad ipsam consistentiã persone. vel ꝙtum ad dignitatem eius. Si quantũ ad consistentiã persone sic leditur aliꝫs occulte per dolosam occisionẽ vel percussionẽ vel veneni exhibitõez. Manifeste vt ꝑ manifestã occisionẽ vl̃ percussionem vel incarcerationẽ vel mutilationẽ. Quantũ autẽ ad dignitatẽ persone ledit quis occulte ꝑ falsa testimonia z detractiones. quibꝫ alicui auferẽ fama suã Manifeste autẽ per accusatiõem in iudicio vl̃ conuitiatõnem. Quantũ autẽ ad personã coniũctam ledit ꝙs in vxore vt in pluribus occulte per adulteriũ. In seruo cũ aliquis seruũ seducit. vt a domino discedat. et hoc etiã manifeste fieri potest. Et eadem ratio est de alijs personis cõiunctis. in quas possunt oĩibꝫ modis iniurie circa has personas exerceri. Tamẽ quia seruꝰ est possessio quedã domini. refertur hoc ad furtum. Uoluntarie autẽ cõmutatiões dicũtur. quãdo aliquis volũtarie trãsfert rem suam in alterũ. Et siq̃dem rem suã simpliciter transfert in alterũ absqꝫ debito. sicut in donatione nõ est actus iusticie. sed liberalitatis. Intantũ autẽ ad cõmutationẽ seu cõmutatiuam iusticiã voluntaria trãslatio ꝓtinet. inquãtuz ibi aliquid est de ratione debiti. Quod quidẽ cõtingit multipliciter. Uno modo quando ꝙs simpliciter transfert rem suã in alterũ ꝓ recõpensatione alteri⁹ et sic est cõmutatio z venditio. Alio modo cuz quis tradit rem suã alteri concedẽs ei vsum rei cum debito recuperãdi rem. Et siquidẽ gratis cõcedit vsuz rei vocatur vsusfructus in rebus que aliq̃d fructificant vel simplex mutuũ. vel accõmodatum in bis q̃ non fructificant. sicut denarij vasa huiusmodi. Si vero nec ipse vsus gratis cõceditur, vocat locatiõz conductio. Tertio modo tradit aliquis rem suã vt recuperandã nõ ratione vsus. sed ratione cõuersationis. sic in deposito. Uel ratione obligatiõis sicut cum quis rem suã pignori obligat. seu cum quis ꝓ alio fideiubet. In omnibꝫ autẽ hijs actionibꝫ voluntarijs vel inuolũtarijs. est eadem ratio accipiẽdi mediũ. ꝑm eq̃litatem recõpensatiõis. z ideo omnes iste actiões ꝑtinent ad vnam speciẽ iusticie. scilz cõmutationis. hec omnia beatꝰ Thomas. Et nota q̃ in cõmutatiõibꝫ inuoluntarijs reperiũtur diuerse species peccatorũ. que habent ꝓpria nomĩa. z pertinẽt omnia ad iniusticiã. videlicet furtum. rapina. homicidiũ. veneficiũ. incarceratio. mutilatio. verberatio. falsa accusatõ detractio. derisio. contumelia. susurratio. maledictõ. adulteriũ. z huiusmodi. de quibꝫ oĩibus habes supra in scõa parte. Et hec oĩa reducũtur ad iusticiã cõmutatiuam. per recompensatiõem iniurie z dampni ab eo qui fecit ei cui fecit et bono cõmuni quod lesit. que recompensatio dicitur restitutio seu recompẽsatio. Et dicitur in. v. ethi. Justũ contra passum qõ etiam in cõmutationibꝫ voluntarijs dicit esse iustuz contra passum. Et dicit contra passum ꝑm beatum Tho. ex eo q̃ recõpensatio sit ꝑm equalitatẽ. vt scz re compensatio sit equalis actioni. Non autẽ semꝑ eẽt equalis. si idem specie aliquis pateret qõ fecit. Nam si quis percuteret principẽ. si tamẽ ipse repercuteretur. tunc maior eẽt actio q̃ passio z non equalis. Et ideo nõ solum ꝑcutitur sed multo grauius punit. Similiter si quis aliũ inuoluntariũ in re sua damnificat. si solum punirẽt etiam iudicio q̃ restitueret rem ablatam. maior esset actio q̃ passio. quia ipse nõ sustinet damnũ sicut ipse intulit. Unde punit vt rem multiplicius restituat. quia dãnificauit etiã non solũ rẽ priuatã. sed etiã rem publicã tutele securitatẽ infringendo. Similr̃ in cõmutatiõibus volũtarijs si similiter darẽt vna res ꝓ altera indifferẽter esset alĩ inequalitas magna. q̃ vna est multo maioris valoꝛ. Et ideo oportet ꝑm quãdã proportionatã mensurationẽ adequare passiõnẽ actioni in cõmutatiõibus q̃ inuente sunt Iniusticia autẽ distributiua nõ habz locum iustũ ꝓtra passum. ex eo q̃ in iusticia distributiua nõ attendit equalitas ꝑm portionẽ rei ad rem vel passionis ad actiõem Unde dicit ꝓtra passum ſ ꝑm proportionabilitatẽ rerum ad ꝑsonas. De cõmutatiõibꝫ voluntarijs scz emptione. venditõe. ꝑmutatõne. mutuo accõmodato. depositõ. pignoratiõe. locatione. z cõductione. fideiussiõe. Et quõ sit iusta vel iniusta Et de vsura que in bis cõmittit habes supra in secunda parte ti. i. per totum.

¶ De iusticia distributiua. Capitulũ. iij.

De iusticia distributiua

Nota q̃ actus ei⁹ est in debita collatiõe officiorũ. z beneficiorũ tẽpaliumz ecclesiasticorũ. z in administratiõe seu dispensatõe sacrorũ z bonorũ terrenorũ ecclesie vel cõmunitatis. ¶ Secũdo in exhibitione congrua reuerẽtie bonoꝛ ¶ Tertõ in recta execution iudiciorũ. Et in quolibet horũ si iniuste fiat potest interuenire vitium quod dicit acceptio personarũ. de qua supra in. ij. parte. Et de iniusticia que sit ex parte iudicis. vel aduocati. vel testis.

vel rei. vel accusatoris. habes supra in .iij. parte ti. vi er. ix. per totum.

Quantū ad collationē §. I.

beneficiorū z bonorū Et sciendū ꝑm beatū Tho. ij. ij q. lxij. q dupler est dario. Una pertinēs ad liberalitatem. qua scilz gratis datur alicui. quod ei nō debetur. sicut cū aliquid alteri donatur Et ibi nō habz locum acceptio personarū. quia absq; iniusticia potest quis dare de suo q̄tum vult z cui vult. Et talis ē collatio numerū gratie per que assumūtur peccatores a deo. Alia dario est ptinens ad iusticiā. qua scilz alicui datur quod ei debetur. Debētur autē officia z beneficia his qui sunt meliores. ad aliqua pro bono cōmunitatis. Ad quod debet attēdere q̄ habet ista cōferre. Et q̄uis ꝑm iura sufficiat eligere bonū. nec req̄ratur q eligatur melior. Hoc ꝑm beatū Tho. est verū in foro iudiciali. q scilz talis electō non potest impugnari si est facta de bonor non ō meliori. z hoc quia si nō fieret sic omnis electio haberet calumniā. Sed q̄tum ad conscientiā eligentis necesse est eligere meliorē. vel simpliciter vel in compatione ad bonū cōe. Alias si preponat minus bonꝰ meliori. id est aptiori ad beneficiū vel officiū ratione cōsanguinitatis vel amicitie. hmōi pertinet ad acceptōem personarū qō in collatione sp ritualiuz est magis reprehensibile. Si autē consanguineū suū prelatus in cōferendo beneficiū preferret eque bono. nō videtur vitiosum. nisi ratione scādali vel exempli quod inde sepe trahit. Similr si quis habet distribuere bona cōmunitatis vel alicuiꝰ societatis indigentib. si prefert. multo minus indigentes. magis indigentib ratiōe amicitie vel parentele huiusmōi. videt ptinere ad acceptōem personarum. Secus si de sua substātia vult dare vni z nō alteri. quia ad illud non tenet. Similr de officijs communitatis q magis aptis debent distribui. nisi forte magis aptus haberet suspectus de aliqua nouitate. z huiusmodi. sed certe nō est magis aptus si est ꝓturbatiuꝰ boni cōmunis. similiter et onera vel operaz z laborū vel collectarū ꝑm debitā proportiōnē imponenda sunt. Alias minus imponentes maioribꝫ ratiōe status. qui magis deberēt grauari. pertineret ad acceptionē personarū. z quomodo teneātur ad satisfactionē habes supra in .ij. parte.

Quantū ad secundum §. II

de exhibitōe bonor. Nota ꝑm tho. vbi supra. q cum bonor sit quoddā testimoniū de virtute eiꝰ qui honoratur. ideo sola virtꝰ est debita cā honoris. Sz sciēdū q aliquis potest honorari non solū ꝓ virtutē suā pro priā. sed etiā pro virtutē alterius. sicut ꝓceptz z ꝓlati honorātur. etiā si sint mali. inq̄tū gerunt personam deiz cōmunitatis cui preficiūtur. Juxta illud Proū bio. xxvi. Sicut qui mittit lapidē in aceruuz mercurij. Sic qui tribuit honorē insipienti. Et eadē ratione parētes z domini sunt honorandi. ꝓpter participatōnem conditōis dei. q̄ est oīm paterz dūs. Senes etiam sunt honorādi propter signū virtutis quod est senectus. Licet hoc signū quandoq; deficiat. Sapie. iij. Senectus est honorāda zc. Diuites aūt sunt honorandi. quia maiorē locū in cōmunitatib obtinēt. Et si isto mōdo hec causa tales honorāt magis q̄ alij. q̄uis sint mali non est vitiosum. Si autē solū intuitu diuitiaz honorent. esset acceptio ꝓsonaz Sicut si quis citius vel potius audiret confessionē vel darz alia sacramēta diuiti q̄ pauꝑ ratione conditōis diuitiaz. pertineret ad acceptionē personarū. Secus si faceret. quia credit magis indigere. vel etiā quia non potest ita expectare. z huiusmodi.

Quantū ad tertiū de §. III

executōe iudiciorz. Nota ꝑm beatū Tho. q hic etiaz habet locū iusticia distributiua. nō solū q̄tum ad rē iudicatā quia in iudicio ꝓt diffiniri nō solum q̄liter vnus restituat alteri q ab eo accepit. qō ꝓtinet ad cōmutatiuā. sed etiā qualr aliquid cōe sit distribuēduz in multos Sed etiā quantū ad formā iudicij. prout scz ipse iudex in ipsa iusticia ab vno accipit. alēi dat quando scz rōne amicitie vel potētie alicuiꝰ dat iniustam sententiā pro eo vel ratiōe pauꝑtatis ex passiōe quod pertinet ad acceptōem ꝓsonaz. Unū ōr Proū. xviij. Accipere personā in iudicio nō est bonū Et regula iuris in .vi. In iudicijs personarū acceptō non est habenda. Ubi glo. Jo. an. Signanꝫ ꝛtraria dis. xl. c. i. Item. xlv. cum beatus. z. xxiij. q. i. Qui cōtra pacē. Sol. In penis deserf dignitati. z ꝓsone. vt ibi. Idem in sedendor assurgēdo vt distinctōe. xciij. Nō oportet. Et notak. ij. q. ix. c. si. In iudicijs autem vel sententia nō est habenda acceptio personarū. vt hic. In eis enī est equalitas seruanda Et nota q iudiciū interdū ponit pro eo quod precedit sententiā. vt hic id est pro examinatōe cause. ij. q. i. Sicut sine iudicō Interdū pro condēnatione. vt de ꝓsecra. distinctiōe. ij. timorem Interdum pro discretione. iij. q. vij. in. § tria. Interdum pro vltima voluntate. de sepul. c. pe. hec ibi in glosa. ¶ Quatuor autem personarum genera requirūtur in ordinario iudicio. scilicet iudex. actor reus. et testis Unde dicitur extra de verborum significatione forus. Judex dicitur quasi ius dicrās Jus autē eo q iustum Actor siue accusator quasi ad causas vocans. Reus a re de qua impetit. Etiam si innocens sit reus dicit qui accusat. Testis quasi superstes. Causa dicit quasi a casu propter materiam de qua agitur. Sue ante examinationē dicitur causa. In examinatione iudicium. In terminatione sententia. Forus autem dicitur locus exercendarum litium. Est autem duplex forus. scilicet conscientie z curie. seu contentiosus. Et iste duplex. quia ecclesiasticus. et secularis. Fori autem ꝑm Pe. de pal. nō sunt miscendi. quia aliter procedendum in vno. aliter in alio.

Quatuor autē mo §. IIII.

dis quetit humanū iudiciū ꝑm Greg. xvi. q. iij. s. timore. amore. cupiditate. z odio Sz qr de iudicibꝫ in pcessu iudiciario. z accusatore reor testibꝫ agit diffuse in. iij. pte. iō hic nil vltra de ista mā. Sz ibi vide de hmōi. z ō pctis q̄ in iudicō ꝛmittūt a pdictis ꝓsonis

Post hoc ostendendū §. V.

est iusticiā necessariā eē cuilibet multitudini. qō ꝓmo manifestari pōt ex pte finis. Et ō pcipue q̄tum

ad iusticiã legalem finis enĩ qui intẽditur in regimine ciuitatũ est pax. Talis autẽ finis corrũpitur dum iusticia legis nõ seruat. Nam cũ omnes vel multi legem que est iusticie legalis p̃ceptiua frangãt z ad statuta cõmunia nõ attẽdunt. sed vnusquisq; quod sibi placet. et bono priuato vtile credit. hoc facere studet. ordo politie peruertit. z sic pax que ꝑm Augusti. est trãquillitas ordinis perit Est ergo iusticia necessaria ad pacẽ ciuitatis cõseruandã. vñ Esa. xxxij. dicitur. Erit opus iusticie pax. Et in ps. dicit. Justicia z pax osculate sunt. Hoc pulcre ostendit. Augustin. in li. de ciuitate dei. introducẽs exemplũ de alexandro z piratta. vbi dic. q remota iusticia quid aliõ sunt regna nisi magna latrocinia Quod tamẽ exemplũ plenius ponit in lib. de nugis pho̅rum Ubi dicit q cum piratta esset comp̃hensus z alexander eum interrogaret quare haberet mare infestum. Respondit libera contumacia. propter qd̃ tu orbẽ terrarũ. Sed qz id facio vno nauigio. latro vocor. z quia tu facis magna classe diceris īperator. Scdo ostendi potest iusticiã eẽ multitudini necessariã ex pte gubernantis a q̃ dirigitur et hoc quantũ ad distributiõem. Uidem⁹ eĩ q q̃ aliqua diuersa subvna virtute continẽtur. nec ordinãtur ꝑm diuersas proportiões. totus ordo eoz̃ que regũtur corrũpitur z dissipat. vt patet in armõia musicali. vbi corde nisi a virtute manus ꝑm eaz̃ diuersas dispositiões proportionabiliꝝ tangat sonitũ inordinatũ z ꝯfusum reddit. z sic casonantia armoniaca corrũpitur. Sic etiã in multitudine vbi sunt diuersarũ conditionũ z meritorũ. nisi proportionabiliꝝ honores dignitates z officia insup labores z expense eis a p̃side distribuãtur. mirabilis dissonãtia inter si/ mul habitãtes oritur z p̃ conseqũs totus ordo politie paulatim ad corruptiõem disponit Unde dr Tul. q tanta est vis iusticie q etiã illi q̃ maleficio z scelere pascũtur nõ possunt sine vlla iusticie particula viuere. Et ponit exemplũ de latronib⁹. Archipirrata inquit q̃dam latronũ p̃nceps. nisi predã equaliꝝ ꝑm astutiam z labores furantiũ proportionabiliꝝ ptiret interficiendus erat a socijs. aut saltẽ a principatu latronũ deponẽdus Tertio necessaria est iusticia ex pte ipsius multitudis que ex multis psonis colligit Et hoc p̃ respectũ ad iusticiã cõmutatiuã Uidemus enĩ q quãdo multa adinuicẽ adunãtur. z vnũ alteri nõ coaptatur. illa multa dissoluũtur. immo ex eis nihil vnũ cõstitui potest. nisi ineptitudo tollat. Uñ q̃ aliq̃ ligna cõpaginãda sunt ad ꝯstructiõem domus. aptanda sunt p̃ dolatorẽz cõplanatorẽ. si sunt tortuosa vel nodosa. alioquin nihil vnũ construi poterit. z si cõstrueretur nõ diu maneret. Sic etiam si aliq̃ multitudo que debet esse ordinata in vnũ. si aliqui sunt insolentes. iniurioſi. riꝛosi. seditioſi. vel quocũq; alio modo vitam bonorũ inquietantes z pacẽ communẽ turbantes per rigorem iusticie corripiẽdi sunt penis debitis. aut etiã exterminãdi a congregatiõe cõmuni z penitus vita priuandi. alioquin tota multitudo ruit z dissoluitur. ¶ De principijs iusticie.

¶ Capitulum quartũ.

QUest hoc restat videre de principijs iusticie. Ubi sciendũ est q iusticia triplex potest dici habere principiũ scilicet Emanatiuũ ex quo eius origo primitus deriuatur. ¶ Impatiuũ ex quo eius auctoritas ī subditos promulgatur. Susceptiuũ ex quo eius vtilitas multiplex declaratur.

Emanatiuũ et origina §. I.

le principiũ est deus. a quo oĩis lex contẽtiua iusticie initiũ habet. Ubi sciendũ est q sicut dicit augus. i. lib. de libero arbi. Summa ratõ in deo existẽs est lex eius. que eterna dicit. Cui semp obtemperanduz est. qz iustũ est quicq̃d ab eo ordinatur. Habet autẽ dicta lex quandã iusticiã distributiuã. p̃ quã vnãquãq; rem in quodã dignioꝛi gradu ꝯstituit Uñ dicit Dionisius in lib. de diuinis noĩbus. Oportet videre in hoc esse veram dei iusticiã. q omnib⁹ tribuit propria ꝑm vnuscuiusq; existentiũ dignitatẽ Uniuscuiusq; naturã in proprio saluat ordine z virtute Ab hac autẽ lege dei eterna deriuat lex naturalis. que nihil aliud est q̃ quedã eius impressio in re creata. per quam ad finẽ debitũ inclinatur. Ex quo manifestuz est q omnia aliqualiꝝ legem eternã participãt. inq̃tum ex eius directiõe. vel impressione in fines p̃prios actus suos ordine debito dirigũtur Inter ceteras autẽ creaturas homo excellẽtioꝛi modo hanc legem participat. cũ ipse sit prouidentie pticeps. vtpote sibi et alijs prouidere valens. Et ideo in homĩe hec p̃ticipatõ siue impressio proprie dicit lex naturalis Jn alijs vero rebus magis proprie dicit instinctus nature siue vis insita rebus. q̃ lex que z prie in ratõe cõsistit. Est enim lex quoddã dictamẽ ratiõis practice. Nec quidẽ lex naturalis in homine nunq̃ extinguit quin semp in malo remurmuret et ad bonũ ipellat. Unde etiã generale preceptũ est. q omne bonũ faciẽdum est. z omne malũ vitãdũ ex quo alia p̃cepta nature deriuant. Puta q parẽtes sint honorãdi. q non est p̃prio iniuriandũ. nec quãtũ ad psonã. vñ dr. Nõ occides. Nec tm̃ qũocũq; ad psonã. vñ dic. Non furtũ facies. z sic ꝺ alijs ¶ Al lege ãt naturali lex humana deriuat sicut dr Tulli⁹ in sua rhetoꝛica Regula eĩ bũanoz̃ actuũ est ratio naturalis. Nã intantũ in eis iustũ seu regulatũ inuenit inq̃tũ de rõe ptiçãt Ex ea eĩ bũane opatiões ordinant z dirigũt. Lex ergo bũana siue ciuilis bũanoz̃ actuũ directiua a lege naturaliꝝ ratiõis ortũ habet. haz̃ legũ precepta de⁹ populo iudeoz̃ seruãda mãdauit. Sz differenẽ ꝑm q vtriq; legi cõgruebat. Nã p̃cepta moralia voluit ab oĩbz̃ et tpe obseruari. Uñ nõ solũ iudei. sed etiã cetere natiões ad eoz̃ obseruãtiã obligabãt. Sũt nãq; naturaliꝝ ĩpssa bũane mẽti. z iõ p̃cepta legis naturevocant. sicut q̃ pntes sunt honorãdi. q nõ est occidẽdũ nõ furandũ. z sic de alijs Nec q̃dẽ p̃cepta eadẽ sunt ap̃ oẽs z ĩmutari nõ pñt. Jn cuiꝰ rei signũ mãdauit deus moysi q dolaret duas tablas lapideas in q̃bus scripsit verba. i. p̃cepta decẽ digito suo tãq; perpetuo duratura. Et q̃tum ad hoc dr Baruch. v Hic est liber mandatoz̃ dei z lex que est in eternum. Precepta vero iuris positiui ab illo solo pplo p̃ tempe obseruanda distinxit deus duplr. Nam quedam dedit pertinẽtia ad cultũ diuinũ que dicũtur cerimonialia. Et ista licuit seruare vsq; ad christũ seu christi

Capitulum IIII

passionē non autē post. Cōsummata enī veritate de christo iā incarnato ꝛ passo, debuit cessare figura sacrificioꝝ que misteria incarnatōis xpi futura significabāt. Alia vero precepta dedit deꝰ pertinētia ad iustitiā ciuilem, que dicūtur iudicialia. Et ista etiam sunt euacuata p christi aduentū. vnde nō habētvim obligandi. Quia tamē ista precepta nō erant principaliter instituta ad figurandū christi misteria, sed solus ad disponendū ciuiliter statū illius populi, ideo absq; peccato possit aliqs princeps in suo regno ea tam̄ pro seruandis legib; statuere, secm quod iudicaret populo expedire. De cerimonialib; vero hoc fieri nō possit absq; petī ꝛ fidei piudicio, cū hec solū ad significandum christi misteria futura fuerint instituta. Observatoꝝ enim horū preceptorū ipso facto diceret xpus in carne nondū venisse, sed venturū esse. Et sic patet differētia inter legem naturalē que semp est immobilis, ꝛ legē humanā que ex diuersis causis mutari pōt. Ad lege ergo naturali vna imobili pmanēte, deriuat lex humana q̄ multipliciter apō diuersos variari pt secm q intellectꝰ homis aliaꝝ alia regendis pplis iudicat expedire. Sciendū est aūt q a lege naturali aliq̄ dupliciter pt deriuari. Uno mō p via illatōis, sicut ex pncipijs deriuant̄ cōclusiones, vt patet ex hoc prouerbio. Si ab eqlibus eqlia demas, que remanent sunt eqlia. Elicit geometria cōclusionē sic inferēdo. Ergo si ab eqlib; lineis eqles ptes auferas q̄ remanēt sunt eqles. Per quē modū ab eo q̄ dr. Nulli malū est inferendū. qđ est primū principiū legis naturalis, deriuat̄ cōclusio talis. ergo nō est furandū vel nō est occidendū. Alio mō a lege naturali aliq̄d deriuatur p via determinatōis sicut a forma cōi domꝰ quā artifex in mēte gerit fit quedā determinatio illi⁹ forme ad talē figurā puta triangularē vel q̄drangularē, et hoc fit p volūtariā applicatōem artificis ad debitā materiā, p quē modū ab eo qđ lex nature absolute dicit, s. q ille qui peccat puniat, deriuat quasi q̄dā cōtractō seu determinatō iuris quā hz facere pnceps lege statuēs, s. q tali pena vel modo puniat. Ni autē duplex modꝰ differēter in lege humana cōtinet. Nā ea q̄ sunt primi modi videlz q̄ a lege naturali deriuātur vt cōclusiones ita in lege hūana cōtinent̄ q vigorē habēt ex lege naturali Unō eius pcepta eadē manēt apō oēs vt parētes esse honorandos. pacta esse seruāda furta nō cōmittenda ꝛ sic de alijs que ad ius gentiū pti nere noscūtur. Est enī ius gentiū ius naturale soluz in humana natura reptum. Unde nō differt a iure naturē cōiter dicto nisi sicut species a genere. Jus enim naturale generaliter sumptū est qđ natura aialia oīa docuit. Ea vero q̄ sunt scđi modi, videlz q̄ a lege naturali deriuant̄ vt determinatōes, ita in lege hūana cōtinent̄ q solū ex ea vigorē hnt sicut q talit peccās tali pena puniat. vel tali morte moriat. ¶ Est vlteriꝰ sciendū q licz hūane leges intendāt homes inducere ad virtutē iustitie. secm qđ est bona q̄litas mētis, sub ea ꝛ tamē pcepto cadit solū exterior iustitie obseruātia, q̄ extrinseca homis actō ad alterū ordinat̄. Nō enī pcipit q ille q̄ iusta agit ex habitu interioris iustitie operetur, hz hoc intēdat. Precipit āt q iustitie opa faciat secz q opa fortia exerceat, patriā defendat, primū nō ledat. nocumēta extrinseca nō inferēdo qđ quis facere pt carēs habitu virtutis. Et talis dicet seruare iustitiā legalem. Patet ergo q lex humana soluz se extēdat ad exteriora homis opa puniēda vel premiāda. nō autē ad interiora cordis occulta regulāda Ut aūt hō nō solū in actib; exterioribus sed etiā in motib; interioribus rectꝰ existeret necessariū fuit ad homis pfectōz legē diuinā hre. q̄ nō solū manifesta vicia sed etiā occulta soli deo cognita prohiberet, vt sic homes nō solū adinuicē p legē hūanā sed etiā ad deū ordinarent̄ p legē diuinā in q̄ dictū est. Nō concupisces. Et sic patz q lex diuina q̄scz ad scientie puritatē se extēdit, mor⁹ vicioſos repellendo, iustitiā que est bona q̄litas mētis in homie causat. Nec fiat vis quō sumat̄ iustitia siue particularis ordinata alijs tribꝰ virtutib; cardinalib; q tm̄ homem in ordine ad aliū pficit, siue largius dicat̄ p ipa hominis iustificatiōe que hominē pficit tam in se q̄ in ordine ad deū Ad vtrūq; enī iustitia legalis disponit.

Principiū imperatiuū §. II

Iustitie qđ scđo loco restat declarare, est ipius legum positiuus vtputa ipatoꝝ vel pnceps ex cuꝰ auctoritate subditi ad iustitiā legis obseruādā inducūt. Ubi sciendū est q pnceps secm qđ dicit pbs est q̄dā lex aiata ad quā subditi respiciūt sic ad qđā exemplar. Unū conuenies est q ipse oīa virtute legal⁹ iustitie polleat. maxime cū alijs hēat ea ipare. Precipit ei opa fortitudinis, puta q null⁹ de acie fugiat. Silr opa temperantie, s. q null⁹ adulteriū cōmittat Opa māsuetudis. s. q rixe nō fiant in ciuitate, ꝛ sic de alijs virtutū actib;. Jncōuenies ergo est q his virtutib; careat q̄s ab alijs seruari iubet. Multū enī puocāt subditos facta pncipātis. vñ claudianꝰ ad theodosiū dixit. Facta valēt plꝰ q̄s iura regentis. Mobile mutat̄ sp cū pncipe vulgus Dz ergo pnceps non tā ipando q̄s opando ad bona subditos puocare. Nobil⁹ princeps gedeō hoc legitur obtuasse. Qđ me inqt facere videritis hoc facite. Judic. vij. ¶ Licz āt pnceps in oī virtute legal⁹ iustitie exemplarē se debeat exhibere, ¶ Precipue tñ ad tria dz studere. s. ¶ Ad sapiam acq̄rendā. ¶ Ad auariciā detestandā. ¶ Ad luxuriā fugiendā. Nā si sapie vacauerit ei⁹ intellectꝰ illūiabit̄ vt cognoscat quō vel qđ subditis pcipiat. Si auariciā detestabit̄ ei⁹ volūtas rectificabit̄ vt a vero nō diuertat. si luxuriā fugiat, ei⁹ rō concupiscibilis edomabit̄ vt iudiciū passio nō corrumpat ¶ Prio ergo dz pnceps circa sapiam versari ad intellectus illuiationē. Ubi sciendū est q inter alias sapientis propetates que ponūtur a pbo i pn. meth. vna est ordiare. Et hec maxime necessaria est pncipi. qui subditos hz in finē aliquē ordinare ad quez pducere nō pt nisi p conuenientia media fini accōmodata Finis āt reipublice in quē ppls est ordinād⁹ est pax tepis Media āt huic fini conuenientia, sunt legū ꝛ statutoꝝ moderata disciplina, officioꝝ cōgrua pportionata distributō, bonoꝝ pmiatio, trāsgressoꝝ punitō, et alia h⁹. Nec autē magnā sapiam in psidente requirūt, alioquin si pnceps sapia careat, erit sicut furiosus gladiū portās in manu, q̄ ex impetu furie multa mala opat. Sic ꝛ pnceps auctoritatē hns ꝛ rōe carēs, iudiciū puerterz tyrannidē exercebit vt verificari possit q sapiens deplorat. Eccles. ix. Uidi inqt in loco iudicij impietatez et in loco iustitie iniquitatē. Quia autem princeps

nō potest per suā sapiam oīa cognoscere q̄ possunt expedire regimini. ideo necesse est vt habeat prudentes ꝯsiliarios q uoꝝ ꝯsilio dirigat. Plus enī rēpublicā iuuāt prudentū ꝯsilia q̄ bellantiū arma Juxta illud eccle. ix. Melioꝛ est sapia q̄ arma bellica. Dicit tull'. in li. de senectute q̄ dātes ꝯsiliū in republica pl' agūt q̄ alij. Sūt enī sicut gubernātes in naui in q̄ alij sentinā exhauriūt alij cursant p eā. alij malos expandūt Gubernatoꝛ vero tenēs clauū z q̄tus sedēs in puppi multa maioꝛa z meliora facit. Scō debz princeps aua riciā detestari. ad rectitudinē volūtatis habendā. qz enī in diuitijs bonū vtile ꝯsiderat. iō ad eas desiderādas facilr appetit' inclinat. Appetitus autē inclinatus ad aliō iudiciū rōnis quertit a rectitudine eqtatis Propter qō cauēdū est principi ne ad munera inclinet. Unde exo. xxiij. ꝺ. Nō accipias munera que excecāt etiā prudētes z quertūt verba iustorū. Prudēter cōsuluit ietbro moisi cognatus vl' socer eius. Prouide inquit de oī plebe viros potentes z timētes deū in quibꝫ sit veritas. z qui oderint auariciam z cōstitue tribunos z centuriones. Exoꝺ. xviij. Sequūtur etiā infinita mala ex cupiditate pncipis fit enī pecuniarū improbꝫ actoꝛ. ppli expoliatoꝛ et reipublice dilapidatoꝛ. ex quibꝫ oībz facilr in tyrānidem degenerat. Facit etiā hoc viciū pncipē odiosum sicut z largitas claꝝ vt dicit boeti' in de philosophica cōsolatōe. ¶ Tertio pnceps ꝺz studere ne carnis cupiscentiā inseqūtur. hoc enī vitiū intellectū obscurat. qz dū passionibꝫ deseruit. rō vehemētia passionū absorta a suo lumīe excecat. Item mētem enervat z aīam a virtute elongat. quia dum libido in carne dominat. cetere vires emollescūt vt ad virtutē surgere ne queant. Itez hoc vitiū in principe totam politiā submittit ruine. quia dū rector voluptatibꝫ intēdit a cura reipublice excoꝛs remittit et exēplo eius subditi licentius ad vitia inclinātur In policratho dicitur q romanū imperiū exhaustū z diuisum est nerone imperante cuius gula oīa deuoꝛauit maculauit libido z superbia exinaniuit.

Principiū iusticie su §. III.

sceptiuū quod tertio loco declarādū restat est hoīm cōgregatio que sit apta pcepta iusticie suscipe Circa quod duo sunt videnda. ¶ Prīo que sit talis cōitas ad quā possint vel debēt fieri pcepta iusticie. ¶ Secundo videndū est de multiplici principādi dñio

Quantū ad primū sciendū est q̄ sicut pz ex. i. li. pol'. est triplex cōitas. s. dom' vicī z ciuitatis. Prīa quidē cōmunitas est cōicatio domestica ꝝ psonaꝝ p̄m quotidianos actus necessarios būane vite. Humana aūt vita dupl'r cōseruat. Uno mō q̄tum ad indiuiduū prout. s. hō ad cōseruatōem vite indiget exterioꝛibus bonis. Et q̄tum ad ista administrāda z ꝺseruāda indiget hō seruis. Alio mō ꝺseruat būana vita q̄tum ad spēm qō sit p generatōz ad quā indiget hō vxoꝛe ad filioꝝ procreatōem. sic enī ꝺseruat būana spes. Et p̄m hoc in pfecta domo necesse sunt tres ꝺbinatiōes scz dñi ad seruū. viri ad vxoꝛē patris ad filiū Jn hac autē domestica multitudine nō est ppie iusticia cuz vnū cōbinatoꝝ sit aliquid alteri' Est enī filius aliq̄d p̄ris z seru' dñi z vxoꝛ viri. Justicia autē cū sit ad alterū proprie debet attēdi inter psonas disptitas. Ponitur aut in hac multitudine p̄m ysiō. quoddā genus iuris. Nā inter dñm z seruū ponit ius dñatiuū. inq̄tum seru' pceptis dñi parere ꝺz. Est enī grā dñi z nō sui. Intervix z vxoꝛē ponit ius qō vxoꝛiū ꝺz p̄m qō a viro nō seruil'r sed social'r tractari debet. z ipsa curaz rei familiaris intrinsecam tenet gerere. Inter patrē z filiū ponit ius paternū. p̄m q̄ filu' p̄ri obedire ꝺz z p̄r filio hereditatē seruare. z eū i disciplina tenere Secunda cōitas est vicus q̄ ex paucis domibꝫ constat habuit autē hec cōitas necessitatē sue origis hoc mō Nam domestice multitudis multiplicatis p generationē filij nepotibꝫ z filioꝝ filij. sicq̄ p multitudle z absq̄ cōfusione in vna domo habitare nō valētibꝫ. facta est aliq̄ mīltitudo domoꝝ q̄ p̄m pōm vici nomē accepit. Uicus autē cū ꝺstat ex collateralibꝫ propinquis. filijs. nepotibꝫ z aliis hmōi nō ppie est apta legalia pcepta suscipe. sed iuri ciuitatis subesse ꝺz Ad ciuilē tm multitudinē ppinq̄us accedit q̄ dom'. maxime si in domoꝝ q̄ntitate creuit. vñ possit aliq̄ iura instituere. Sufficit autē ad directōem haꝝ duaꝝ cōmunitatū. p̄ma admonitio suoꝝ ꝓgenitoꝝ. ¶ Tertia cōitas est ciuitas. z hec est pfecta q̄ nō solū ꝺsistit ex multis domibꝫ sed etiā ex multis vicis. vt tradit pōs in eōs li. pol'. Eadē autē necessitate ꝺpuli sunt homīes edificare ciuitatē qua z vicū. Nā sicut crescētibus collateraneis filijs z nepotibꝫ factus est vicus. sic multiplicatis eisdē in pntibꝫ z cognatōibus facta est ciuitas q̄ p̄m pōm est pfecta cōitas. Et hec si p̄m aliqō ius viuit et ad cōem vtilitatē ordinat dicet' populus Nam p̄m dictū tullij qō aug. introducit. q̄. ꝺ ciui. dei. Popul' est cetus iuris ꝺsensu z vtilitatis cōione sociatus. ex quo patet q̄ ad rōem ppli siue ciuitatis pertinet quod sub aliq̄ legeviuat z cōe bonū intendat Sola ergo cōitas boni ppli est legalis iusticie susceptiua z ad ipam proprie pcepta sunt ferēda. Solō vnus de p̄mis legislatoribꝫ nō nisi fundata athenīēsiū ciuitate leges cōdidit. Quādiu etiā pres veterū statamēti abrāā ysaac z iacob in vna familia vel vico habitauerūt. legalē conseruantiā a deo nō susceperunt. qz eoꝝ monita ad instructōz familie sufficiebāt. Cō gregato autē ppl'o qui iā legalis iusticie poterat eē capax. deus legē p moysen dedit ¶ Ad hoc autē q̄ populus sit in iuris ꝺsensu z cōi vtilitate sociatus. req'rit prīo q̄ p amorē adiuicē sit collect' vt sint mēbra vni' corpis. Si eī inē se sic vinc'o amoris fuerit ꝺiūctus tollent rixe hoīcidia z alia q̄ pūt statū pacificū pturbare. vñ q̄dā cōia caritatis pcepta i lege sunt ferēda. ad hoc q̄ ciues assuescāt sibiinuicē mutua obsequia ꝛpēdere. sic eī mādat de' Deut. xxij. si inq̄t videb bonē vl' ouē fris tui errātē ñ pterib sz reduces fri suo. si trāsieris p viaz sitierꝫ. igredi poterꝫ vineā z cōedere q̄tum placz. z sic ꝺ aliis Quātū ad pauperes cōcedebat vt p eis eēnt māipuli omissi z racemi i vineis remanētes. Itē q̄ anno decio ad decimā venirēt leuites z pegrin' z pupill' z vidue z cōederēt z saturarēt. Et mīta tria statuit lex mosaica ad ꝛquatōz mutui amoꝝ. vñ ꝺt tull'. Nō solū nob diuitel eē volū' sz eē liberꝫ ppinq̄s amicis. z maxīe reipblice. singlꝝ eī facultatel z copie diuitie sē ciuitatꝫ Joseph' sic ait egisipp' visa destructōe ciuitatꝫ hierlimitane flere cepit. eo q̄ mozi ei ꝺfuissz añ

Capitulum V

patrie ruinā. Ecce quātus amor aderat homī infidelī qui mori optabat, cernēs suos cōcives vitia prīuatos. Et alīs quidē amor erat in antīcīs qui sicut narrat seneca, nō extimabāt aliquē beneviuere nisi viueret ad alioz vtilitatē. Unde dicit in quadā epla. Nō sibi viuit q̄ nemini viuit. ¶ Scdo q̄ntum ad cōuersationē populi necesse est q̄ ciues sint fideles pncipi. Habet enī se princeps in republica ad modū capitis ꝑm illō dictū sauli, i. Reg. xv. Cū esses puul⁹ in oculis tuis, caput fact⁹ es in tribubus israel. Videm⁹ enī in corpe naturali q̄ membra exhibēt capiti defensionē et honorificentiā. Defensionē quidē q̄ naturali motu ad tuitionē capitis se exponūt sicut manus et brachium in magnis et subitis periculis. nulla enī deliberatōe rōis phabita ad defendendū caput se erigūt. qō etiā apparet in animalibus irrōnabilibus. Unde serpēs naturali astutia cū pcutit statim abscōso capite corpus pculsioni exponit. Hoc quidē debet apparere in cōpoze ciuitatis ex hominibus collecto.

Quantum ad secun §. IIII.

dū. s. de multiplici pncipādi dīnio. Sciendū est q̄ sic pz ex his q̄ dicit pbs in. i. pol. Tres sunt pcipue species pncipādi. Primus quidē pncipat⁹ pncipatus est regni in q̄ vnus pncipat ꝑm virtutē, et iste est optim⁹ inē oēs pncipādi modos. Repīrat ei dīnū regimē quia tot⁹ mūd⁹ ab vno creatore gubernat. Repīrat etiā ordinatōem nature p quā oīs multitudo et diformitas ad aliq̄ vnū gubernās reducit, sicut omnia mobilia ad vnū primū mobile celū. Ex hoc enī regimine facilius iusticie legis iplēda mādat. Cū ei plures pncipātur, frequenter inē eos dissensio oriť ac per hoc pacis vnitas p ipos diuisos impedit. Uerūtamē propter magnā ptātem q̄ vni ꝺcedit de facili regimē degenerat in tyrānidē. nisi sit pfecta virtus ei⁹ cui tal ptās cōcedit, q̄ sicut ōr pbs. iiij. ethi. Nō est nisi virtuosi bene ferre bonas fortunas, pfecta āt virt⁹ ī paucis inuenit. Sicut āt tale regimē est optim⁹ pncipatus nisi degeneret, sic tyrānidis q̄ est bui⁹ regiminis corruptio est pessim⁹ pncipatus. Illō enī est pessimū qō optimū tollit. ¶ Scōs pncipatus ē regimē optimatū pncipantiū ꝑm virtutē, et vocat aristrogocia, i. ptās optimoz in quo aliq̄ pncipant. Deficit āt iste principat⁹ a pfō in quo vn⁹ ꝑficit sed supat principatū ppli de quo infra dicet. Cū ei optimates bonū rei publice attendāt, facilr in vnū ꝺueniūt, ac p hoc vnitatē pacis in politia seruāt et q̄diu in bono cōi ꝺueniunt. tādiu legalis obtuātia sub eius pncipatibus vigz Isiō. iii. v. li. ethimo. de pmiis ꝺditoribus legū sic ait. Moises gētis hebree pm⁹ oīm dīnas leges sacras literis explicauit. ¶ Tertius pncipat⁹ est regimē ppli. q̄ licet ad tps possit esse ꝑm virtutē, deficit tn multū a pfectōe regimis, eo q̄ ppls cōiter pauc prudētie ptici pat q̄ maxīe ad regimē req̄rit. ¶ Alīq̄n tn ꝺtingit populū melius regere q̄ vnū vel paucos, qō tūc maxīe cōtingere pt q̄n ppls q̄ est pacis auidus. diu sustinuit regimē tyrannicū p qō grauatus et spoliat⁹ mortuo vel electo tirāno dū dīnium sibi politie vsurpat. Et q̄ diu facta tirānica in mēoria ppli hītur, tādiu pt esse talis pncipatus ꝑm virtutē, maxīe si alīq̄s prudentū cōsilijs innitat. Non tn putādū est tale regimen diu posse in rectitudine subsistere. Populus enī rudis, et potius passionū impetū seq̄ns q̄ rōem, ꝺcedit. Et iō necesse est tandē ipm̄ ꝺcidere in pniciosa scandala et ad multas insanias ꝺuenire. ¶ Quia vero pax multitudinis maxime cōseruatur quādo oēs in pncipatu aliq̄ partē habent. Ideo optima politia esset que ex p̄dictis tribus mixta ꝺstaret. Sic enī vnusquisq̄ auidius rempublicā amaret et ardentius statuta ꝺuaret. Si ergo aliqui in ppl̄o sapientiores ab ipso in pncipes vel pfectos eligūtur. et hi vlterius vnū in regem pficiunt, q̄ tam eis q̄ ppl̄o pfit erit iste principatus optimus, q̄ sub ipo pncipe sunt aliqui pncipātes secūdū virtutē. Un̄ in eo oīnia regimia ꝺueniūt. Constat enī ex democratia, i. ptāte ppli inq̄ntū ad ipm̄ pertinet electio pncipū. Item ex aristrogocia in qua aliqui optimates pncipant qui p̄dicto mō habent vim eligendi. Item ex regno inq̄ntum vnus a p̄dictis optimatibus electus, tam eis q̄ ppl̄o pficitur. Nec vtiq̄ politia in legē diuina fuit instituta. Nā ex ppl̄o aliq̄ sapientiores in pncipes eligebant. Unde deute. i. dixit moises ad ppl̄m. Date ex vobis viros sapientes et gnaros. et quorū cōuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponā eos vobis pncipes. Et hec erat q̄dam spēs politie popularis. inq̄ntum hi maiores a ppl̄o eligebātur. Inq̄ntū vero hi pncipes ppl̄m gubernabāt, interiores cās iudicātes, erat q̄si q̄dā spēs politie ppl̄aris inq̄ntū optimatū. Inq̄ntū vero vn⁹ pficiebat oibus q̄si singularie presidēdo, erat quedā spēs regni. Et tamē sciendū q̄ electio summi pncipis a pncipibus nō fiebat q̄ spectat ad regimē summi pncipatus, qō iō erat, q̄ ppls iudeoz sub spāli cura ōi gubernabat, et iō electio summi pncipis sibi ꝺseruabat Un̄ moises iosuet alīs iudices principes ppli ꝺuinitus sunt electi. Et ideo de singulis iudicibus q̄ post iosue fuerūt legitur q̄ dīs suscitauit ppl̄o saluatorē, et q̄ spūs dei erat in eis. vt patet Judicū. ij.

¶ De virtutibus annexis iusticie. ¶ Cap. v.

De partibus potentialibus iusticie id est de virtutib⁹ ei annexis.

Nota q̄ a diuersis diuersimode assignāt Nam tullius enumerat sex. scz religionē pietatem, gratiam, vindicatiōem, obseruantiā, veritatē. Macrobius vero supra somniū cipiōis ponit septē. s. innocētiā, amicitiā, ꝺcordiā, pietatē, religionē, affectū, benignitatē. Andronicus autē peripatetic⁹ ponit nouez scz liberalitatē, benignitatē, vindicatiuā, eugnomosiam, eusebiā, eucharistiā, sanctitatē, bonā ꝺmutatōz, legispositiuā. Quidā alij ponūt quinq̄ ptes iusticie scz obedientiā respectu superioris, disciplinā respectu inferioris, equitatē respectu equaliū, fidē et veritatem respectu oīm. Pbs etiam in. v. ethi. ponit eupchiā

¶ Pro horū declaratione sciendū ꝑm be. tho. ij. ij. q. lxxx. q̄ in virtutibus que adiungūtur alicui principali virtuti duo sunt considerāda. Primum est q̄ virtutes ille in aliquo cū principali virtute cōueniāt. Secundū est q̄ in aliquo deficiāt a pfecta rōe ei⁹. Quia vero iusticia est ad alterū, vt pz ex supradictis oēs virtutes que ad alterū sunt, pnt rōne cōuenientie iusticie annecti. Ratio vero iusticie in hoc ꝺsistit q̄ alteri reddat qō ei debet ꝑm eq̄litatē vt patz ex supradictis

Titulus Quintus

Dupliciter aliq̄ virtus ad alterꝫ exist̄s a rōne iusticie deficit Uno mō inq̄ntum deficit a rōe eq̄lis. alio mō inq̄ntum deficit a rōe debiti. Sunt enī quedā virtutes que ōbitū quidē alteri reddūt sed nō pñt reddere equale. Et pr̄io quidē q̄cquid ab hoīe deo reddit debitū est. nō tñ pt esse equale. vt sz tm̄ reddat deo q̄ntum ei debz. ꝑm illud ps̄. cxv. Quid retri. dñoꝛ c̄. Et ꝑm hoc adiūgitur iusticie religio. p quā quis reddit debitū cultū interioꝛē exterioꝛē deo Scōo pntibꝫ ñ potest ꝑm equalitatē recōpensari qō eis debet. quod patz p pbm. viij. ethi. Et sic adiūgit iusticie pietas p quā quis exhibet parentibꝫ cōsanguineis debitum honoꝛē curā. Tertio nō potest equale ꝓmiū recompensari ab hoīe virtuti. vt pz p pbm. iiij. ethi. z sic adiungit iusticie obseruātia ꝑm tull. p quā quis bñ se habet ad supiores. Et sub hac cōprehendit obedientia. Al rōne vero debiti iusticie defect⁹ potest attendi ꝑm quod duplex est debitū. s. moraler legale. Et debitum quidē legale est ad qō reddendū aliquis lege astringit. z tale debitū pr̄opr̄ie attēdit iusticia que est p̄ncipalis virtus. Debitū autem morale est quod aliquis debet ex honestate virtutis. Et qꝛ debitū necessitatē importat. iō tale debitū duplicē gradū habz. qō dam enī est sic necessariū vt sine eo honestas moꝛ obseruari nō potest. z hoc hz plus de rōe debiti. Et pōt hoc debitū attendi vel ex pte ipsi⁹ debiti. z sic ad hoc debitū ptinz q̄ homo tale se exhibeat alteri in dictis z factis q̄lis est. z ita adiūgit iusticie veritas ꝑm tulli. potest etiā attendi debitū ex pte eius cui debet. put. s. aliq̄s recōpensat alicui ꝑm ea q̄ fecit. qō si fiat in bonis. z sic adiūgitur iusticie gratia ꝑm tullii. i. gratitudo qua q̄s recognoscit vel recōpensat bñficia Si vero in malis sic adiūgitur ꝑm tull. iusticie. vindicatio. i. punitio. Nota tñ q̄ vindicta que fit auctoritate publice pt̄atis ꝑm sentētiā iudicis ptinet ad iusticiā cōmutatiuā. Sed vindicta quā quis a iudice req̄rit vel ꝓpr̄io motu facit. nō tñ ꝓtra legē ptinet ad virtutem adiunctā iusticie. Scōs gradus debiti est qō ñ est ita necessariū quin sine eo possit ꝓseruari morum honestas. sed oꝛ necessariū sicut ꝓferēs ad maiorē honestatē quod quidē debitū attendit liberalitas. amicicia. affabilitas z alia hmōi que tulli⁹ p̄termittit in p̄dicta enumeratōe. qꝛ paꝛ habēt de rōe debiti Et sic enumeratio seu assignatio facta a tullio. videt aliis melioꝛ. z alie virtutes quas ponūt alij pñt reduci ad ipsas q̄s ponit tullius. Macrobi⁹ autē sua in assignatione videt attendisse ad duas pres integrales iusticie. Una. s. q̄ est declinare a malo. z p hac posuit innocentiā. Alia que est facere bonū ad quod pt̄inēt alie sex. duo videtur pt̄inere ad equales. s. amicicia in exteriori ꝓuictu. z cōcordia interius. Duo alia videtur pertinere ad supiores. s. pietas ad parētes z religio ad deū. Duo vltima ad inferiores. s. affectus inq̄ntū placent bona coꝛꝛ humanitas p quā subueniꝫ coꝛꝛ defectibꝫ. In alia assignatōe in qua q̄dam alie ponūt. reducūtur ad p̄dictas. Nam obedientia includit in obseruātia. Fides autē per quā seruātur promissa includit in veritate. Disciplina potest pt̄ineri sub hūanitate siue amicitia q̄ tamē p̄termittit a tullio. quia minus habet de rōe debiti Jn assignatōe vero andronici nō solū ponūtur virtutes annexe iusticie. sed etiā ipsa virtus p̄ncipalis iusticia. z put est virtus pticularis. z prout est vniuersalis. s. legalis iusticia que q̄ntum ad ea que cōiter sunt obseruanda. dicit ab eo legispositiua. quantū vero ad ea que q̄nq̄ particulariē agēda occurrūt pter cōmunes leges ponit eugnomosia quasi bona ꝓlecturatio. Eusebia oꝛ quasi bonus cultus qō pertinet ad religionē. Et ad idē reducitur sanctitas. Eucharistia idē est q̄ bona gratia. z sic reducit ad grām. z ad ipsam etiā reducit benignitas. vel liberalitas. bona vero cōmutatio pt̄inet ad iusticiam prout est virtus pticularis. Nunc de singulis videndū est breuiter.

¶ De innocentia virtute. Capitulū. vi.

QUia ex dictis in precedenti ca. Macrobius ponit innocētiam virtutē pt̄em iusticie quā. bea. tho. dicit esse partē integralē. illā. s. q̄ est declinare a malo. ō ea breuiter aliq̄d dicēt. Nā z de ipsa scriptura pluries mentionē facit in ps̄. cxiij. Innocētes z recti adhesērunt mihi. Et itez innocēs manibꝫ z mūdo coꝛdē c̄. Quatuoꝛ autē pt̄inent ad ipam. Primū est detestari crimins Unū di. lxxxvi. culpā oꝛ Prim⁹ innocētie gradus est odisse nephādā Unde ps̄. vij. qui dixerat Judica me ꝑm innocentiā meā c̄. Ipse dicit iniquitatē odio habui z abhoīatus sum. Scōm est neminē ledere. bea. aug. Uera innocētia est que nec sibi nec alteri nocet. z sic abel iustus oꝛ a dño z de innocētia p maxime cōmendat. Tertiū est punire malos si habz potestatē. Unū bea. aug. de ci. dei Nō est innocētie pcendo si nō est vt in malū grauiꝫ incidat. Pertinet ergo ad innocētis officiū. nō solum nemini malū inferre. sed etiā cohibere a peccato. vl̄ punire pt̄m. xxij. q. v nō est. Nō fuit ergo pilatus innocēs. cuius dixerit. Innocens ego sum a sanguine iusti huiꝰ Matth. xxvij. quia potuit iudeos cohibere a malicia eoꝛū z nō fecit Quartū est nō iudicare de hominib⁹ in dubijs in malam pt̄em sed bonā. Unū. b. amb. Innocēs credit oī verbo. Nō vituperanda facilitas sed cōmēdāda bonitas. hoc est esse innocentē ignorare. s. p experientiā ad quid noceat. Et si circūscribit ab aliquo de oīibus tamē iudicat qui fidē de oīb esse arbitrat. xij. q. iij. innocēs. glo. iudicat. i. bñ p̄sumit de quolibet ō his que in se mala nō sunt. Fidē. i. verboꝛ veritatē. Habz tamē istud locū circa facta hoīm. Nam cuntum ad ea que sunt fidei. z bonoꝛ moꝛ que sunt necessaria ad salutē. nō sic. Nā ꝑm hiero. Non mlti⁹ distat in vicio decipe vel decipi posse xpianū. xvi. q. i. si cupis. Uel istud credere omni verbo. intelligit quo ad amicos. Exemplū hui⁹ innocētie ponit ibidē amb. de iosue q̄ simpliciter credidit gabaonitis. Judith. ix. q̄ innocēs p̄sumēdus est quē paucitas accusat. vel mlitudo excusat. extra ō p̄sump. cū in iuuētute. z vt dic̄ adamā. vbi irrationabilis ipetus quenit z flamma celerrimi motus animā depascit exurit innocentiā. p̄ōderat enī futuris pñtia. de pe. di. iij. inter hec. Al scōa z q̄rta cōditione dicūtur martirizati ab herode pueri innocētes. Unū apo. xiiij. Uidi sup montē syon agnuz stantē. s. xp̄m qui innocētissim⁹ fuit z cū eo. cxliij. milia z c̄. Ponit nūez decimatū p indecimato. i. illos innocētes. ps̄. qs ascēdet i mōtē dñi. innocēs manibꝫ c̄

¶ Capitulū Septimū

¶ De religione. ¶ Capitulum. vij.

sectus. Et beat⁹ aug⁹. dicit. in li. de libe. arb. q̄ null⁹ potest saluari nisi sit perfect⁹. Et certum est q̄ multi sunt saluati. z saluant̄ absq; conseruatione consilior paupertatis ꝓtinētie z huiusmodi. vt abrahā. sanct⁹ ludouic⁹ z alij. Scōo modo accipit perfectionē non solum ꝑm q̄ includit essentialiē perfectionē. sed etiaz qō facit instrumentaliē ad pfectionē. vt ibi Matthei xix. Si vis perfect⁹ esse vende oīa que habes da pauperibꝫ. z sequere me. qō dictū fuit a xpō iuueni. q̄ dixerat ei se seruasse mādata. Uñ patet q̄ non solū perfectio ibi cōphendit p̄cepta. in quib⁹ essentialiē cōsistit pfectio ꝑm. b. tho. se. se. q. clxxxiij. arti. iij. Sed etiā cōphendit consilia q̄ sunt instrumēta ad perfectionē. Questio igit̄ ista q̄rit. vtz paupertas ptineat ad perfectionez essentialem q̄ consistit in virtutib⁹ et actibꝫ eaz. vt dictū est ꝓncipaliter in charitate. Iste est ergo intellect⁹ qōnis. Quantū nūc ad scōm. s. ad questionē respondēdo ponunt sex conclusiones. z p ordinē. Quaz prima est. q̄ pauptas ꝑm animi prepārationē pertinet ad perfectionē essentialiē. Hoc sic p⁹batur. Qō est virtus vel act⁹ virtutis pertinet essentialiter ad pfectionē. qz vt ostensum ē. perfectio consistit essentialiē in virtutibꝫ z actibus eaz. Sed paupertas ꝑm animi prepationē est virt⁹. si sit habitualis vel actus virtutis. si sit actualis talis preparatio animi. ergo ꝛc. Minor ꝓbat. s. q̄ talis paupertas sit virt⁹. Nam diff. nih̄ virt⁹ a pho. ij. ethico. q̄ virtus est habit⁹ electiuus in medio consistēs determinato a recta ratione. put sapiens determinabit. Sed inclinatio habitualis mētis ad temporaliū abdicationē. put sunt impeditiua charitatis. est habit⁹ electiuus vt de se patet. Et ē consistens in medio rōnis. qz ē ad abdicationē temporaliū. put sunt impedimenta vite spiritualis que est ꝑ charitatē. Et h̄ prout sapiēs determinat. qz quilibet sapiens determinaret bona minima abicienda ꝓpter maxima. sicut abiciunt̄ merces in mari. vt conseruet vita hoīm. que est ꝓncipali⁹ eis mercibꝫ. Cum ergo tpalia sint mīma bona. z vita spiritualis per charitatem sit maximū bonū. sequitur q̄ sapiens determinaret temporalia abiciēda in q̄ntum sunt impeditiua vite spiritualis. cū vita anime sit magis conseruāda q̄z corporis. Ergo talis inclinatio ad abicienda tēporalia. prout sunt impeditiua charitat̄ est virt⁹. Sed talis inclinatio ad huiusmodi est paupertas ꝑm preparationē animi. Secūda conclusio ē. q̄ pauptas ꝑm effectum exteriorem non pertinet ad perfectionē essentialiter. Hoc probat auctoritatib⁹ z ratione. Auctoritate quidē sic. primo cōstitutionis ipsi⁹ Jo. xxij. ad conditorem. vbi dicit. q̄ per temporaliū abdicatiōez ad perfectionem via disponit. Qō autem se habet dispositiue ad aliquē effectū. non pertinet essentialiē ad perfectionem illius rei. cum dispositio nō sit de essentia rei ad quā dispo nit. Secunda auctoritas est abbatis moysi in colla. patrum. quā inducit beat⁹ tho. se. se. q. clxxxiij. arti. iij. dicens. vigilie. ieiunia. meditatio scripturarū. nuditas. z priuatio omniū facultatū nō perfectio. sed p fectionis instrumēta sunt. Probat eadē cōclusio rōe sic. Illud sine q̄ potest haberi essentialiē perfectio nō ptinet essentialiter ad pfectionem. qō patz. qz res nō potest haberi sine eo quod est de essentia eius. Sed perfectio pōt haberi sine tali pauptate. imo z cū multis diuitijs. vt pz in abrahā. iob. ludouico rege francorum z aliorum qui fuerunt perfectissimi viri. q̄ tamen non habuerunt paupertatem istam. scilicet secūdum effectum exteriorem. Probatur idē sic. Perfectō essentialis consistit in virtutibus vt dictum est. Sz omnis virtus consistit subiective in intellectu vel appetitu. Sed pauptas ꝑm exteriorē effectū in nullo horum est. quia nec in intellectu nec i appetitu. q̄ ꝛc. Qz si arguat̄ cō qz inuenit̄ ille cui xpūs dixit Si vis pfect⁹ eē ꝛc. mat. xix. Obseruauerat p̄cepta. vt ipe dixit xpō in q̄bꝫ consistit pfectio essentialit̄. vt dictū ē. z tñ xpūs ei dixit. Si vis pfect⁹ esse vende oīa. z da pauperibus loquēs nulli dubiū de pauptate ꝑm exteriorē effectū. Ex quo videt̄ q̄ p obseruationē pfectoz nōdū acq̄sisset pfectionē essentialē. Sz si vellet eā ꝙseq;. ostēdit modū cōsequēdi eā. s. p pauptatē exteriorē. Ergo pauptas ꝑm exteriorē effectū videt̄ nēria ad pfectionē essentialem. Ad quod etiam videntur facere autoritates alique sanctorum. vt hieronimi ad demetriadem. Apostolici fastigij perfectecq; virtutis est vendere omnia. z dare pauperibus. Et beatus ambrosius. Summa iusticia est. vendere omnia z dare pauperibꝫ. Sed summa iusticia est perfecta virtus. Et be. aug. ꝺ faustum. Illi sunt pfecti qui omnia sua dimittūt et sequuntur xpm. Sed ad hec Rñdetur. Primo de iuuene illo. qz aliqui doctores. vt Origenes z Crisō. dicunt illū fuisse mentitum. Sed dimissa ista rñsione que non videtur multū cōgrua. cum euangelista dicat. mar. x. Christū eū intuitū dilexisse. quod non videtur fecisse. si fuisset fictus z transgressor preceptoz. Potest aliter respōderi. Nam supposito etiā q̄ verū dixerit cum sit duplex pfectio. s. essentialē que consistit in virtutibus. vt dictū est. et accidentalis. q̄ est quoddā instrm̄ accōmodū ad acq̄rendā maiorez pfectionē essentialē. quia z ipe hz grad⁹. z ad conseruandā quācūq; acquisitam. de accidētali locutus ē xpūs. Si vis pfectus esse ꝛc. quā adhuc ille nō habebat. Uel potest sic dici. Q̄ in illa autoritate xpi aliq̄d ibi ponitur vt via et instrm̄ ad perfectionē acq̄rendā vel conseruandā illud. s. vende omnia z da pauptib⁹. Aliquid vt id in q̄ essentialit̄ pfectio consistit. s. seqla xpi. Uñ et Hiero. sup illud math. xix. qō ait petrus. Ecce nos reliquimus omnia. z secuti sumus te. dicit. Non sufficit relinquere omnia. sed adiūgit quod pfectū ē. s. sequi xpm. z bea. ambro. sup illud. Sequere me ait. Jubet sequi non corpis gressu sed mentis affectu. quod fit ꝑ charitatē. Ad autoritatē etiā rñdet. quia illud bea. hiero. intelligendū est. q̄ relinq̄re oīa sit perfecte virtutis. i. instrm̄ perfecte virtutis. que est charitas. Ad illud bea. ambro. Q̄ relinquere oīa sit summa iusticia. est ibi predicatio nō formalis sed causalis. Et est sensus q̄ a pfecta iusticia. que est per charitatē causatur hoc. s. relinquere omnia. Ad illō be. aug⁹. qz non in dimissione tpaliū sed in seqla xpi quā ibi adiūgit est pfectio essentialis. Relinquere ār tpalia est vt instrumentum accommodum ducēs ad sequelā christi z perfectionem essentialem. Remanet ergo conclusio vera. q̄ paupertas exterior non facit essentialiter ad perfectionē. Tertia conclusio est q̄ pauptas exterior non facit ad perfectionem. sicut instrm

nccrio requisitū ad pfectionē. qz cū ei⁹ oppositō pōt stare pfectio. qō ꝓbat sic. Impossibile ē hre aliqd si ne eo qō est nccrīū ad ipsum habendū. Si enī possit hrī sine eo. iaz non ē nccrīū ad ipsum hndū. sed sine pauptate fm exteriorē effectū pōt hrī pfectio essentialis. imo cū oppositō ei⁹. qz cū multis diuitijs. vt ptz exemplū in abrahā z alijs multis in veteri z nouo testamento. Ergo pauptas exterior non requirit vt instrumentū nccrium ad pfectionē essentialez. Joseph etiā ab arimathia fuit discipulus xpi. vñ z perfect⁹ pfectione essentiali. Et tñ vt dicit Mat. xxvij. diues erat. Probat etiā qz status eoz q exigit perfectionē psonalem q ꝯsistit in virtutib⁹. pōt esse cū possessiōe diuitiarū. Si g expropriatio tpaliū requireret vt instrumentū necessariū ad pfectionē essentialē seqret q ipsi etiā seculares clerici pri⁹ non possent hre ꝓpria. qō ē absurdū. vt ptz. xij. q. i. manifesta. zī multi alijs caplis. Quarta ꝯclusio ē. q pauptas fm effectū exteriorē cū abdicatione oīm tpaliū z q ad dominiū et q ad vsum. nō facit ad pfectionē nobis in via possibilem. Et b ꝓbat faciliter sic. Illud qō tollit vitā presentē. nō facit ad perfectionē nobis in via possibilem Qui enī tollit subiectū tollit accidens. Sed abdicare res tpales oēs quo ad vsum z q ad dominiū tollit vitā. qz nō vtendo cibo z potu hō moritur demū. Et sic corrupto subiecto pfectionis in via qō est aīa in corpore existēs tollit z accidēs ei⁹. s. pfectio in aīa in vita pñti. Et ideo nō est aliquis qui p quodcūqz votū possit se reddere nō capacē vsus in talib⁹ rebus necessarijs ad vitā. Quinta conclusio est. q pauptas sumpta p abdicatione oīm tpaliuz q̄tū ad ius z dominiū. vsu solo nudo retēto nō facit ad pfectionē. Et b ꝓbatur faciliē sic. Illud qō tollit ab aliqua re cōditionē licitam. z ponit illicitā. nō facit ad pfectionē. b de sepatz. qz ex licito facere illicitū nō pertinet ad pfectionē. sed magis ad iperfectionē. Sed abdicare a se ius z dñium in oī re z in ei⁹ vsu facit vsum illicitum Hoc patet. qz vt ostensuz ē supra. in reb⁹ que vsu nō ꝯsumunt impossibile ē separe vsum licitū a iure vtēdi. Itē in reb⁹ que vsu cōsumunt impossibile ē esse vsum licitū sine iure z dñio in re. g cum multarū taliū rerū vsus sit boī necessari⁹ in vita pñti sequit q abdicare oē dominiū z ius in reb⁹ tpalib⁹ non facit ad pfectionē sed magis ad oppositū. Sexta cōclusio ē. q abdicare res tpales in ꝓprio seu pauptas fm exteriorē effectum facit ad pfectionē sicut instrm valde accōmodū. Ad cui⁹ euidentiā est sciendū. q abundātia diuitiarū maxime in proprio nata ē reducere ad tria. s. inordinatū amorē earum. Uñ. b. aug⁹. dicit. q terrena ardenti⁹ amant adepta concupita. Scdo ingerūt sollicitudinē in cōseruādoz nō pdēdo. Tertio nate sūt mouē ad supbiā. qnto aūt ds magꝭ afficit vel sollicitat ad terrena. vel erigit in superbiā. tanto magis retrahit ab affectu z ꝯtēplatiōe dīnoz. Sed tollere amorē inordinatū rerum sollicitudinē. z elationē facit instrm accōmodū valde. qz remouet pbibēs pfectionē vel impedies pfectum pfectiōis. sicut remotio berbarū nociuaz facit sicut instrumentū accōmodum ad pfectū terre nascentiū. g zc. Jsta diffuse declarat. b. tho. se. se. q. clxxxvi. ar ij. Et habes etiā sup in. ij. c. hui⁹ tituli. Et in tertia parte titu. de religiosis Et ideo alia omitto.

Sextus articulus est §. xiii

vtz habere aliqua in cōi diminuat de pfectione. Et qz perfectio est sub triplici genere. qz ē perfectio psonalis. pfectio regularis. z pfectio presidentialis. iō ad plenioꝛē declarationē conclusiue dicitur. q de nulla harū pfectionū diminuit. nec de psonali nec de pfectione religiosoz. nec de pfectione platoz. Et ista oīa ꝓbant. Sciendū tñ prius q ista qō non hz locuz in reb⁹ vsu ꝯsumptibilib⁹. qz in illis reb⁹ vt ostensum ē supra. est impossibile separe vsum a iure z ꝓprietate rei Nec hz locū de iure in reb⁹ q vsu nō ꝯsumunt. qz habere ius in rebus q̄rū vsus est p statu vite pñtis necessari⁹. z sine q vsus nō potest ee licit⁹ nō diminuit de perfectiōe possibili in vita pñti. Rerum enī vsus ē vite pñti boīm necessari⁹. ita q sine eis nō pōt vita saluari. g habere ius in talib⁹ nō diminuit de pfectiōe De ꝓma g pfectione. s. psonali loquēdo no tande sūt tres cōclusiōes. Quaz ꝓma est q habere aliqua in proprio vel cōi nō nccrio impedit pfectionē psonalē. Et hec conclusio faciliter ꝓbat sic. Illud cū quo stat z stare pōt perfectio psonalis. nō nccrio impedit personalem pfectionē. Et b patet. qz oppositū eius implicat ꝯdictionē. Sed perfectio psonalis stat z stare pōt cū diuitijs in ꝓprio z in cōi. vt supra ostensum ē de abrahā z ludoico rege z alijs. g zc. Scda cōclusio ē ista. habere in cōi nccia ad vitā non ē natū diminuere de perfectiōe psonali. Et hec ꝓbat sic. Qō non est natū diminuere de altissima pauptate. imo stat cum ea nō est natū diminuere de pfectione psonali. Et b statim patet. qz non ex alio habere tpalia dicit diminuere de pfectōe. nisi qz diminuit de pauptate. Sed habere in cōi nccria nō diminuit de altissima pauptate. sed stat cū ea. put exposse Jo. in ista sua ꝯstitutōe allegans grego. ix. in decretali nimis p̄ua. ex ō excel. pla. vbi dicit. Frēs minores z predicatores in altissima pauptate dño famulari. Sed cōstat frēs p̄dicatores habere aliqua in cōi q ad proprietatē z dominiū. Ergo habere aliqua in cōi nō est natū diminuere de pfectione psonali. Scda rō idez. Qō nō est natum diminuere de pfectione euāgelica. nō est natum diminuere de pfectione. b patet. qz euāgelica pfectio est pfectio excellētissima. Sed habere aliq in cōi nō diminuit de pfectione euāgelica. qō patet ex ista cōstitutione Jo. in q allegat alexandrum. iij. q in cōdē natione libelli editi ꝺ statum p̄dicatoz z minoz. dicit fratres p̄dicatores z minores xpm pauperē imitari z perfectionē euangelicaz amplexari. Sed constat fratres p̄dicatores habere aliq in cōi mobilia fm eorum regulā z constitutiōes. ergo zc. Posset etiā probari per b. qz habere aliq in cōi non est natū inducinimium amorem ad temporalia. vel nimiam sollicitudinem vel elationē. quod totum per rationes efficaces ꝓbat. sed causa breuitatis omitto. Tertia conclusio est. q habere aliqua temporalia in proprio est natū aliqualiter impedire de pfectione psonali. licet nō sp actu impediat. z hoc sic probat. Qō natum ē ingerere sollicitudinē z amorez recuruū ad tēporalia z ad elationem inducere natum ē diminuere de perfectione. Sed habere tpalia in proprio natum ē in

ducere ad huiusmodi amorem superfluū z sollicitu/dinē z superbiā. vt ostensum ē supra in fine p̄cedentis articuli, ergo z̄c.

Quantū ad secūdā .ꝟ.XIIII

perfectionē nūc est videndū. s. q̄ habere aliqua in cō/muni nō diminuit de pfectione stat⁹ religiosorū. vbi p̄mittendū p̄i⁹. q̄ cū paupertas vt ostensum ē so/lū instrumentaliē non essentialiē faciat ad pfectionez z ois status religiosus dicat perfectus. q̄ ordinat ad pfectionem acquirendā z conseruandā. nō ex hoc de bet dici aliq̄s perfectior altero. q̄ habet maiorē pau/pertatē q̄ alius. sed debet dici habere instrumentuz magis accōmodū ad perfectionē. Et ideo sicut fatue sibi vsurparet excellentiā super alios artifices. artifex aliq̄s ex hoc q̄ haberet meli⁹ instrumentū. puta mar tellū ad operandum. ita inaniē gloriarek de maiori perfectiōe religiosus super alios. ex h̄ q̄ haberet ma/iorē paupertatē. Sed posset dicere se habere magis accōmodum instrumentū ad perfectionē. Perfectior autē ille est simpliciē. qui habet maiorē charitatē. nō qui h̄z maiorē paupertatē. Sicut ille perfectior faber q̄ facit meliorē cultellū. non q̄ habet melius martel/lum. Charitas enī nō inflat ait ap̄s. Et iō nullus se debet alteri p̄referre exēplo pauli ap̄li. q̄ se abortiuuz dicit z mīmū ap̄lorū. Bene tn̄ stat⁹ religiosorū ille p/fectior. qui includit modū viuendi īportantē magis ea que. p̄mouēt meli⁹ ad charitatem dei z proximi ha bendā z ꝺseruādā. Et q̄ vt dictum ē. status religio/nis est ordinat⁹ ꝓpter perfectionē personalem. Jō fru stra gloriak de statu qui nō habet maiorē perfectionē personalē. Et vtinā tales gloriationes z p̄positiones inter religiosos cessarēt. q̄ multoz malorū sunt cā. si/cut experientia docet. Circa istam ergo materiā. s. de pfectione stat⁹ religiosorū q̄ nō diminuik. p hoc q̄ ha beank tpalia in cōi. ponunk tres conclusiōes. Qua/rū p̄ma est q̄ habere tpalia in cōi. inq̄ntum sunt ne cessaria fini ad quē religio ē instituta. non diminuit de pfectione vite debite illi religioni. Secūda est. q̄ habere dominiū in reb⁹ tpalibus necessarijs ad vitā nō diminuit de statu pfectionis religiosorū. Tertia ē q̄ habere etiā dominiū in reb⁹ īmobilibus in cōi nō diminuit de tali pfectione. Ad euidentiā p̄me con clusiōis. s. q̄ habere tpalia in cōi. inq̄ntū sunt ne cessaria fini ad quē religio instituta ē. nō diminuit ꝺ pfectōe debita illi religioni. Sciendū q̄ diūse religiones sūt ordinate ad diūsos fines. quedā ad militandū ꝺ ini micos fidei. quedā ad hospitalitatē. q̄dā ad opa vite actiue. quedā ad opa vite contēplatiue. Et p̄m diuer sos fines religionis diūsimode sunt nec̄ria tpalia in religionib⁹. Uñ religio que ordinak ad hospitalitatē vt religio sc̄i anthonij. nō solū indiget tpalibus pro sustentatiōe pfessorū in illa. sed etiā ad hoc vt possint hospitalitatē seruare. z hospites sustētare. Et que ad militiā ordinak. indiget tpalibus. nō solum p̄ sustēn tatione sed p̄ eq̄s habendis z armis. Nec possent ta les religiones assecq̄ finē suū. nisi haberent tpalia z in copia. Uñ talib⁹ religiosis habere in cōi etiā multa tpalia. nō derogat pfectiōi status debite illi religioni h̄ probak facilē sic. Uñs instr̄m ordinatū ad aliquē finē. q̄nto magis ē illud accōmodū ad illū finē. tanto hñs illud min⁹ exorbitat ab illo fine ceterꝭ paribꝰ. sic̄ p̄z in oībus artib⁹. Nā q̄nto faber h̄z meli⁹ martellū. tanto meliorē facit cultellū ceterꝭ paribꝰ. z rō ē. q̄z cū instr̄m q̄rak ad finē. q̄nto magis ē ipm accōmodū ad finē. tanto meli⁹ opak. sicut medicīa tāto melior ē q̄n to magis opak ad sanitatē. Sed ista tpalia sūt instra nec̄ria ad vitā p̄ntē z ad finē cuiuslibz religionis. vt q̄ sunt nec̄ria fini alicui⁹ religionis. sunt accōmoda illi fini. Et intr̄m accōmoda q̄ ex q̄ nec̄ria sine illis nō pōt finis ille h̄ri. nō ꝯ derogat pfectiōi religionis h̄re tpalia ī cōi. Sc̄da ꝺcl'o ē. que ē difficilior q̄ h̄re tpa lia in cōi inq̄ntū sūt nec̄ria ad vitā. nō diminuit de p fectiōe religiōis. ita q̄ religio nō h̄ns nisi vsū in aliq̄ bus reb⁹ nō ē pfectior religione h̄ñte in ill' reb⁹ dñiuz in cōi. Et ad hāc ꝺcl'onē ꝓbandam deberet sufficere aucꝫtas pape z rōne eccl'ie in ista ꝺstōe z illa. Ad ꝺdi torē. Jn hac enī ꝺstōe. q̄z ita q̄rūdā. vbi ōr. Nec hoc scz h̄re in cōi etiā q̄ ad p̄rietatē aliq̄lē derogat iuꝫ di ctū greg. ix. altissime pauptati. Qui. s. greg. ōr in illa decretali de excess. p̄la. Frēs p̄dicatores z minores in altissima pauptate famulari x̄po paup̄i. Et tn̄ ꝺstat frēs p̄dicatores h̄re aliq̄ in cōi q̄ ad p̄rietatē. q̄ꝺ eoꝝ regulez statui nō repugt. Nec etiā alexāder p̄decessoꝝ nr̄ in ꝺdēnatione libelli editi ꝺ statū p̄dicatoꝝ z mi/noꝝ sensisse videk. in q̄ de dictis frībus q̄ sequunk sic ait. Cū insup̄ idē frēs oīa p̄pter deū reliq̄rint auxilia. vite subsidia mēdicātes. x̄pmq̄ imitek pauperē. euā/gelicā pfectionē amplexādo propē q̄ꝺ euidenē appa ret eos nō solū eē in statu saluandoꝝ sz etiā pfectoruz z p̄ sue religionis obseruantiā q̄ ipsi⁹ q̄dē euangelice pfectionis tenet formā etiā retributiōis p̄mio p̄cellē tē gloriā p̄mereri. vbi expresse dicit frēs predicatores x̄pm pauperē imitari. z euāgelicā pfectionē amplecti z eē in statu perfectoꝝ. z q̄ eoꝝ religionis obseruātia euāgelice pfectōis tz formā. Et ꝺstat p̄dicatores h̄re posse aliq̄ in cōi. q̄ etiā ad p̄rietatē p̄m eoꝝ regulam hec oīa in dicta ꝺstōe. Ex quib⁹ patz p̄m intētionē z aucte triū sūmoꝝ pontificū. gregorij. ix. alexādri. iiij z iob. xxij. q̄ h̄re aliq̄ in cōi etiā q̄ ad p̄rietatē nō de rogat pfectiōi nec altissime pauptati. nec euāgelice p fectioni q̄ est sūma. q̄re p̄z ꝺcl'o. Et q̄uis cuilibet fi/deli deberēt sufficere dicte aucꝫtes. tn̄ adducuntur ad hāc ꝺcl'onē p̄bandā z alie aucꝫtes. Prima est aucꝫtas Bede sup illud Actuū. iij. Erāt illis oīa cōia. dicit enī sic. Qui sic viuūt. vt sint eis oīa cōia ī domo cōi. cenobite vocank. q̄ vita tāto felicior. quāto statū fu/turi seculi pfecti⁹ imitāk. vbi cōia erūt oīa. q̄z erit de⁹ oīa in oīb⁹. Sc̄da est aucꝫtas Jo. cassiani in coll'. tra ctans idē verbū sic ait. Habebāt ap̄li triplicē vnita/tē. quā debēt h̄re cenobite. vnitatē affectiōis. q̄z mul/titudinis credentiū erat cor vnū z aīa vna. Unitatē habitatiōis. vt p̄z Actē. ij. z iiij. Unitatē possessiōis q̄z erāt illis oīa cōia. vita aūt ap̄lorū fuit perfectissi/ma. Tertia est. b. aug. in regula. Nō dicatis aliquid p̄priū. sed sint vobis omnia cōmunia. Sic enim le/gitis in actib⁹ ap̄lorū. q̄ erāt illis oīa cōmunia. Jdez in li. de ope monachoꝝ. Si aliqui vrgeank ex euan/gelio. vt nil reponāt in crastinū. respondeāt. Cur er/go dñs loculos habuit. vbi pecuniā collectā repone ret. Et q̄ medio probatiōis. b. aug. ostēditur. q̄ chri/stus habuit aliq̄ in cōi. non solum quo ad vsum. sed

etiã quo ad ꝓpꝛietatẽ ſeu dominiũ. Quarta auctoꝛitas baſilij dicẽtis in .ij. .c. ſue regule. Cõmunionẽ vite perfectiſſime hãc ego voco. in qua quidẽ poſſeſſionũ pulſa eſt ꝓpꝛietas omnia autẽ cõmunia. Quinta auctoꝛitas ẽ ꝓſperi de vita contẽplatiua. ꝛ habetur. xij. q. i. expedit facultates eccleſie poſſidere. ꝛ ꝓpꝛias perfectõis amoꝛe contẽni. ꝛ ponit exemplũ ſancti paulini epiſcopi. Probat eadem cõcluſio ꝛ ratiõnibus pluribꝫ. Primo ſic. Ille ſtatꝰ nõ eſt perfectioꝛ alio. qui nõ continet modũ viuendi magis ꝓmouentẽ ad perfectionẽ perſonalem acquirendã cꝫ aliꝰ. patet hoc ſtatim. qꝛ ex hoc dicitur vnus ſtatꝰ pfectioꝛ alio vt dictũ eſt ſupꝛa. qꝛ continet modũ viuendi imporꝛtantẽ melius ea que ꝓmouent ad charitatẽ dei ꝛ ꝓximi. in qua cõſiſtit pfectio perſonalis. Sed ſtatꝰ renunciantiũ aliquibꝰ in cõmuni. ſ. qui ad dominiuꝫ. vt oꝛatoꝛijs. paramẽtis libꝛ ꝛ huiuſmodi nõ ímporꝛtat modũ viuendi magis ꝓmouentẽ ad perfectionẽ perſonalem acquirendã vel conſeruandam cꝫ ſtatus habentiũ illa. talia etiã quo ad dominiũ vel ꝓpꝛietatem. ſuppoſita in ceteris paꝛilitate. Necꝫ enĩ ingent magis amoꝛẽ recuruũ ad tempoꝛalia aut ſollicitudinẽ aut elationem. habere talia quo ad vſum ꝛ dominiũ. cꝫ habere ad vſum ſolũ dominio abdicato ꝛ romane eccleſie dimiſſo. Cũ enim ſit in cõtinuo vſu taliũ. ſ. domoꝛum. eccleſiarũ. libꝛoꝝ. ornamẽtoꝝ eccleſie vaſoꝝ ꝛ huiuſmodi. ꝛ ſũt quaſi certi q̃ habẽt moleſtari in eis. nõ apparet quomodo ex hoc mínꝰ amare talia ꝛ ſollicitari ꝛ eleuari. cꝫ ſi haberent etiã dũiũ taliũ reꝝ. Nã in vſu ꝛſumptibilibꝰ vt dictũ ẽ. ſ. nccẽ eſt dicere q̃ ipſi minoꝛes habeãt non ſolũ vſum. ſed ꝛ dominiũ. qꝛ cum vnũ nõ poſſit ſeparari ab alio in dictis rebꝰ. que vſu cõſumunt. vt panis vinũ ꝛ huiuſmodi. Si nõ haberent dominiũ in illum ſed nudum vſum facti. tũc haberent illicitũ vſum. qõ repugnat perfectioni. Itẽ probat idem alia rõne ſic. Nũcꝫ fuit eccleſia ſine ſtatu habẽte euangelicã perfectionem ꝛ amplectẽtẽ chriſti ꝛ apl'oꝝ ſequelam. hoc patꝫ qꝛ ꝓſumptio videt ꝛ erroneũ. q̃ aliquo tpe eccleſia deciderit a perfecta ſequela x̃pi ꝛ apl'oꝝ totaliter. Bꝛegoꝛ etiã hoc dicit tractãs illud Canti. i. Paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtoꝝ. i. iuxta perfectionem apl'oꝝ vt ipſe exponit. Sed a tẽpoꝛe conſtãtini ꝛ beati ſilueſtri vſqꝫ ad tempꝰ beati franciſci nõ fuit aliquis ſtatꝰ in eccleſia qui nõ haberet aliqua in cõi lꝫ renũciaret omni dñio in ꝓpꝛio. ¶Ergo habere in cõmuni nõ diminuit de pfectione ſtatꝰ religioſoꝝ Confirmat hoc. qꝛ alꝫ ſequeret q̃ tota pfectio euãgelij eſſet in ſolo ſtatu fratrũ minoꝝ ꝛ totuꝫ reſiduũ eccleſie cecidiſſet ab illa. qõ non videt bene dictũ. Ad idem tertio ꝓbat. Si habere dominiũ in talibꝫ que vſu nõ conſumunt. faceret ſtatũ minus perfectum. ꝛ ꝓfeſſoꝛes talis ſtatus mínꝰ perfectos. tunc dñs papa retinendo ſibi dominiũ taliũ rerum. ꝓut facit cíꝛca ordinẽ minoꝝ. faceret ꝛ redderet ſe mínꝰ perfectũ. qõ eſt abſurdũ dicere. cũ quilibet in ſpiritualibꝰ debeat plus ſe diligere cꝫ aliũ. ꝛ per cõſequẽs nõ debet velle a perfectiõe ſe elongare ꝓpter alioꝝ perfectionem augendã. Multe alie ratões inducunt. que obbꝛeuitatẽ omittunt. Tertia cõcluſio eſt. q̃ habere dominiũ in cõmuni in bonis ímobilibꝫ. vt poſſeſſionibus. domibꝰ. redditibꝫ ꝛ huiuſmodi. non diminuit de perfectione. hoc probat quadꝛuplici rõne. Primo ſic. qõ eccleſia ſtatuit vtiliter ꝛ ꝓ meliori ꝛ perfectioꝛi nõ diminuit de pefectione. Hoc ſtatim patet. qꝛ nullum lucrũ cꝫtũcũcꝫ magnũ poteſt dici vtile. per qõ recedit a perfectione. dicente x̃po Math. xvi. Quid enim ꝓdeſt homini ſi lucret vniuerſum mundũ. animę ſue detrimentũ patiat ꝛc. Detrimentũ autem anime ẽ cadere ab angelica perfectiõe. Sed eccleſia que regit a ſpiritu ſancto in his que ſtatuit circa ſeq̃lam x̃pi ꝛ perfectionẽ vite. ꝓ meliori ꝛ vtilioꝛi ordinauit ꝛ ſtatuit q̃ haberet poſſeſſiões in cõmuni. non ſolũ pꝛecia. vt olim iudea. ſed ꝛ pdia. ſicut dicit. xij. q. i futuꝛã. ꝛ. c. videntes. Ergo habere bona ímobilia in cõmuni nõ diminuit de perfectione. Ad idẽ. Illud ꝓ quo aliquis laudat. nõ diminuit de pfectõe. Sed conſtantinꝰ imperatoꝛ laudat. q̃ dedit licentiaꝫ per vniuerſum oꝛbẽ fabꝛificãdi eccleſias. ꝛ pꝛedia eis cõſtituit tribuẽda. ergo ꝛc. Tertio pbatur ſic. Qõ fecerunt viri perfectiſſimi ad cumulũ perfectiõis. nõ diminuit de perfectiõe. Sed viri perfectiſſimi tã diuinarũ cꝫ humanarum litteraꝝ doctiſſimi poſſeſſiões ꝓ eccleſia acceperũt ꝛ ampliauerũt. Quinimo aliqui de ſuo patꝛimonio vt beatꝰ gregꝰ. plures eccleſias et monaſteria dotauerũt. in quibꝫ ꝓ magna pfectione degere elegerũt. Ergo dicere q̃ habere ímobilia in cõi diminuat de perfectiõe. abſurdũ videt. Eſt enim hoc dicere. q̃ beatꝰ ſilueſter ꝛ alij ſanctiſſimi ro. pontifices perfectiſſimi ꝛ abbates. vt beatꝰ gregoꝛijꝰ. baſilius. ambꝛoſijꝰ. hieronymꝰ. hylarius. benedictꝰ. anthonius. martinꝰ. egidius. bernardꝰ. ꝛ ceteri inumerabiles ſcti abſqꝫ pfectione euangelica ꝛ ſeq̃la x̃pi vixerit. qꝛ ipſi oẽs i cõitate eccl'ie res ímobiles poſſederũt. xij. q. i. expedit. Quarto ſic. pbat ꝑm regulã generalẽ. b. aug. qũ obſcuritas ẽ in verbis euãgelicis pꝛecipue circa p̃cepta vel ꝛſilia ex quibꝫ dubiũ oꝛit. recurrendũ ẽ ad ſcõꝝ obſeruantiã. ſ. qũo illa ipſi ſancti ſeruauerũt. Et bñ tenendũ ẽ. qõ ipſi ſeruauerũt. Ergo vite pfectio intelligenda ẽ ꝛ tenẽda. ꝑm q̃ ſcti viri ꝛ pfectiſſimi ꝛbo docuerũt eã. ꝛ facto tenuerũt. Sed oẽs ſancti viri ꝛ pfectiſſimi a tpe ſilueſtri vſqꝫ ad tps fꝛãciſci. ſic vite perfectionẽ ꝛ ꝛbo docuerũt ꝛ facto tenuerũt. q̃ bõa ímobilia ꝛ mobilia habuerũt. Ergo in cõi bñ ímobilia nõ minuit de pfectõe euãgelica. videt enim mihi abſurdũ dicere q̃ ſctiſſimi ꝑ ſua ꝓpter pfectionẽ habẽdã relinquebãt in ꝓpꝛio. ſi vidiſſent q̃ bñ in cõi eſſet detrimentũ pfectionis. q̃ in cõi cũ alijs bõa poſſediſſent. ſꝫ ſicut abdicauerũt in ꝓpꝛio ꝓpꝛ̃ pfectõꝫ ita abdicaſſent in cõi. qõ nullus fecit añ. b. fꝛãciſcũ.

Quantum ad tertiũ. §. xv

articulũ p̃ncipalis buiꝰ qõis Nec ẽ ꝛcl'o. q̃ habere in cõi non diminuit de pfectiõe ſtatꝰ pꝛelatoꝝ. imo quod eſt fortꝰ nõ habere derogat ſtatui pꝛelationis. ꝛ per ꝛſõs pfectiõi debite illi ſtatui. Hoc autem faciliter ꝓbatur ſic. Illud nõ diminuit de perfectiõe ſtatus pꝛelationis. quod ipſa pꝛelatio exigit ꝑm ſuaꝫ rõnem. bñ patet. qꝛ illud nõ repugnat alicui. qõ ei conuenit ꝑm ſuã rationẽ. Sed apl's in duobꝫ locis ſcripture. ſ. ad Thi. ij. ꝛ ad Thi. i. deſcribẽs pꝛelationem epiſcopalem inter cetera dicit q̃ oportet epm eſſe hoſpitalẽ.

Impossibile est autē esse hospitalē. nisi habeat bona saltem in cōi. Ergo habere in cōi non diminuit de pfectiōe status prelatōis. Secūdo patur sic. Illud nō derogat perfectioni statui debite ad qđ obligat rōne status sui. Sed prelat⁹ obligat rōe status ad pascendum gregē. nō solum verbo z exēplo. sed etiā temporali subsidio. qđ fieri nō possz. si aliqua bona ecclesie non haberet. quoz prelat⁹ dispensatoz esset. Et ideo saluator cōmittens gregē suū petro z successoribz ei⁹ signanter dixit. nō semel sed ter ei. Pasce oues meas vel agnos meos. Jo. vl. ad innuendū q prelat⁹ debet subditos pascere verbo z exēplo z tpali subsidio. Tertio sic. Habere illa pro quibz defendēdis prelat⁹ morte patiens meret ascribi cathalogo sanctoz. non diminuit de statu pfectiōis. hoc qsi patet de se. qz nō ascribit in numero sanctoz nisi propē opera pfectionis. sed prelat⁹ morte patiens p defensione facultatū ecclie meruit ascribi cathalogo sanctoz. vt patet de sancto thoma cantuariēsi archiepo. Ergo habere bona īmobilia nō diminuit de statu pfectionis platoz Soluit exinde multa argumēta facta in ꝓrium. Sz solum vnū pono in q̄ adūsarij veritaz multū se fundant. Et est tale q xps fecit cōdescēdēdo infirmis diminuit de pfectione. pz hoc. qz aliter xps nō sumpsisset personā infirmoz in ℔. Sed xps in babēdo loculos seu aliqua in cōi. gessit personā infirmoz. qđ pz ex decretali nicolai. iiij. Extr q̄ seminat. Et. b. aug⁹. super illud pducens fenū iumētis. Et in li. de opere monachoz dicit. Dñs noster iesus xps more sue misericordie infirmioribz cōpatiens. cū ei possent angeli ministrare. loculos habere dignat⁹ est. g zc. Et cōfirmat idem aucte. b. biero. dicentis. Nudam crucez nudus sequar. Sed qui bz aliqđ non ē nud⁹. Sed ad hoc respōdet subtiliter z optime. Dicit enī notandum esse triplicē infirmitatē ad propositū. s. infirmitatē carnis. infirmitatē scie. z infirmitatē affectionis. Infirmitas carnis ē ꝑm quā corp⁹ mortale indiget cibo z potu. vestimēta z hmōi. Et isto mō ois homo in hac vita mortali est infirm⁹. donec corp⁹ istud corruptibile induerit īcorruptionē. de q̄ infirmitate apostolus ad thimo. ait. Modico vino vtere propē stomachuz tuū z frequētes tuas infirmitates. Et mat. xxvi. Spiritus pmpt⁹ est. caro aūt infirma. Talis īfirmitas non ē perfectionis mentis. sed stat cū oīmoda mentis pfectiōe in presenti possibili. Hāc xps assumpsit. cū defect⁹ corporales accepit. s. famē. sitim. frigus z hmōi. Quia ergo xps erat ver⁹ de⁹ z verus homo. inq̄tū deus habebant sibi angeli ministrare nec loculis indigebat sicut nec cibo nec potu. Sed inq̄tum hō ꝑm carnē erat infirm⁹ indigēs cibo z alimento sicut alij boies. z per ꝯsequens indiguit pecunia z loculis. quibz mediantibus necessaria emerent. Et de ista infirmitate carnis q̄ stat cum sūma perfectione mētis pōt intelligi dictuz. b. aug. z decretalis. Extr. In hoc enī personā infirmoz gessit. z infirmis cōdescendit. q infirmitatē carnis assumpsit. z p cōsequens necessarijs ad vitā eguit. z loculis egere se ostēdit. Et certe illa videt esse intētio. b. aug. Vult enim dicere q ille q̄ deus erat. z dñs oīm. poterat absq̄ q̄ cūq̄ pulsione sibi de necessarijs quandocūq̄ z quocūq̄ tempore puidere. cū ei angeli ministrarēt. tamē vt eandē infirmitatē carnis habentib⁹ exemplū daret q nō erat cōtra pfectionem. p carnis infirmitate supportāda. cibis z necessarijs vti z loculos habere. ideo in habendo loculos infirmis condescēdit. qz vt dicit apl's ad heb. ij. Licz esset de⁹. decuit p oīa fratribus similari z per oīa misericors fieri. Habēdo ergo loculos gessit psonam infirmoz. nō infirmoz infirmitate stat⁹. i. in pfectione. vt isti arguūt. sed infirmoz infirmitate carnis. Scōa infirmitas est scētie. de qua ait apl's. i. ad Coz. viij. Conscientia eoz cū sit infirma polluit. Et ad Ro. xv. Infirmū in fide suscipite. hec infirmitas ꝯsistit in hoc q aliqs ex ignorantia vel ex nescientia credit aliqđ malū esse. quod tñ nō est sicut aliqui tunc tpibus credebant esse peccatū comedere īmolatum idolis. qđ de se nō est. nisi cū fiebat in veneratiōez idoli. Et hac infirmitate laborabāt. q reseruare in crastinū esset ꝓtra preceptum dñi. Et de ista etiā infirmitate pōt intelligi dictū. b. aug. z decretalis. Extr. q. ꝑ dñs ꝯdescendēs vel cōpatiēs infirmis loculos habere dignat⁹ est. xps enim q̄ venit curare vulnera nostra. precipue mentis. ne aliq̄ in futurum possent scādalizari. credentes q esset imperfectiōis vel minoris pfectionis. si seruos dei viderēt loculos habere. z de illis in cōi viuere. ipse loculos habere voluit. vt esset alijs in exemplū. q absq̄ quocūq̄ impedimento vel diminutiōe pfectionis. loculi cōes haberi poterāt ad vite necessitatem nō ad superfluitatē. Et q propter tale exemplū hoc fecerit dñs. dicit. b. aug. z habet. xij. q. i. sic. Exēplū dñi accipite cōuersantes in terra. Quare loculos habuit. cui angeli ministrabant. nisi qz ecclesia loculos habitura erat. Hoc etiā expressi⁹ dicit in li. de sermone dñi in monte. Tertia infirmitas ē infirmitas affectionis. Et hec duplex. Una qua quis sic infirmat ꝑm affectū q a deo auertitur. que infirmitas ē ad mortē per culpam mortalē. De qua apl's ad Ro. v. Cū infirmi essem⁹ xps. p nobis mortu⁹ est. Quia ergo xps sciebat aliquos futuros in ecclesia. qui obstinata malicia dicerēt. q viris pfectionem euangelicā seruantibz aliquid seruare in crastinū. erat ꝓtra dei ꝑceptū. ideo xps bis infirmis ꝯdescendēs vt eos a sua malicia reuocaret facto suo z exemplo voluit habere loculos. vt iā isti blaspemi ꝓtra ecclesiā loqui nō possent. cū viderent eū loculos habere. Secūda infirmitas affectōis est. qua aliqui nō auersi a deo p culpam mortalem. tñ detenti circa amorē temporaliū impediunt a sequela xpi per semitā consilioz. licz nō exeant viam mandatoz. de qua pōt intelligi illud apli ad Ro. xv. Debem⁹ nos q̄ fortiores sum⁹ imbecillitatem infirmoz sustinere. Et in habendo loculos xps bis infirmis cōdescendit in duobus. Primo qz cum xps loculos haberet nō ad superfluitatem. sed ad sui z aliorz necessitatem egendorum. vt beat⁹ aug⁹. dicit. exemplum dedit talibz infirmis. ne ad temporalia afficerent ad superfluitatem. sed solum ad necessitatem ea quercrent. Secundo quia christus habuit loculos in cōmuni non in proprio. vt ergo talibus infirmis condescendat. Et his quatuor modis expositionis primus videt mihi magis esse de intentione beati augustini. Quocunq̄ autem modo exponatur. de predictis patet. q christus nō fecit opus imperfectiōis in habēdo loculos

imo videf mihi verbum valde blasphemū dicere. q̄ xp̄s in aliq̄ facto suo fecit op⁹ iperfectiōis. cuius oīs actio nr̄a est instructio. Ad auctem Jo. de sequēdo xp̄m nudum. rñdef per id q̄ ait ipse. b. biero. ad nepotianū. s. q̄ ille nud⁹ xp̄m nudum sequif z crucē. q̄ oīa sua aut pauperib⁹ distribuēs. aut parētib⁹ relinquens. aut facultat⁹ ecclie adiungēs. ad facultates ecclie q̄ sunt bona cōia viuit de eis. z de altaris oblationib⁹ sustentat. z talē nuditatē ipse seruauit. quare habere in cōi aliq̄ nō diminuit de pfectione psonali nec de pfectione stat⁹ religiosoz nec platoz. Et p̄dictus etiā p̄t patere error fraticelloz. qui br̄ in. vij. c. libelli hereticalis eoz vbi dicūt q̄ litigare in iudicio diminuit de pfectione euāgelica. Et q̄ Job. xxij. determinauit ꝺ̄ctū dicūt cum hereticū. q̄ vt aiunt ꝺ̄ dicit scripture sacre dicente dño. Qui vult tecū in iudicio cōtendere. z tunicā tuā tollere. dimitte ei z pallium. Math. v. z sic videf fieri ꝺ̄ doctrinā euangelicā litigare. Sed deberēt obstinatissimi isti adūtere q̄ ait b. aug. in decre. quē libz sepe allegant. z male intelligunt in. c. parat⁹. xxij. q. i. Dicit enim q̄ ista p̄cepta sunt magis intelligenda f̄m preparationem aī. vt. s. hō patiens ferat b. z parat⁹ sit etiā ad maiora sufferēda. si oporteret. p salute sua z prim⁹ozū. q̄z f̄m op⁹ q̄ō in apto fit. non g̃ diminuit de pfectione psonali. nec de pfectione stat⁹ litigare in iudicio. cū modestia. p iure suo tuēdo siue ecclie siue monasterij. Nec obstat q̄ ait ap̄l's. i. Loz. vi. Si iudicia habetis inē vos. oīo delictū ē in vobis. q̄ illi heretici inducūt. q̄ vt dicit glo. loquif cum q̄s ꝺ̄ iusticiam litigat. vel nō debito mō. q̄ cum mēdacijs z iniurijs verboz vel cū apud infideles iudices. vt ibi subdit. Bñ ergo determinauit Jo. xxij. nec ꝺ̄dicit b̄ scripture. sed fl'o eā exponūt.

Septimus articulus §. XVI

declarand⁹ ē. vtz xp̄s z apl'i habuerint aliq̄d in cōi. Et ista ē p̄ncipalis q̄ō in materia ista. Sed declaratio ei⁹ dependet ex declaratiōe p̄cedentiū dubioz. et q̄ habuerint p̄z. q̄ dicit Jo. iij. q̄ discipuli eius iuerant in ciuitatē ad emendū cibos. Emptio aūt fit pecunia. g̃ pecuniā hēbant. Nō in p̄prio. g̃ in cōi. Item Job. xij. z xij. dicit. q̄ dñs habebat loculos. q̄s portabat iudas. i. scarsellā seu bursam vbi in varijs locis ei⁹ diuerse pecunie mittebant. puta argentee in vna enee in alia z hmōi. Sed illud q̄ō reseruabat in illis loculis. nō videf fuisse alteri⁹ q̄ collegij xp̄i z ap̄l'oz g̃ habebant aliqua in cōi. Pro q̄rū declaratione sciēdū. q̄ certū est q̄ xp̄s z apl'i bona que habuerunt in vsum vite hūane. de facto habuerūt. Certū est enī q̄ hūerūt indumēta q̄b⁹ vestiebāt. z cibos q̄b⁹ nutriebāt. domū etiā q̄z̄tū ad vsū dormiēdi z q̄escēdi. Nec vnq̄s ō b̄ aliq̄s dubitauit. Bz vtz habuit i tl'ib⁹ rebus solū nudū vsum facti. vel ius z dñiuz in p̄prio vel in cōi. de b̄ fuit aliq̄n dubiū. Sed nūc nulli fas est dubitare. post q̄z Jo. xxij. edidit z promulgauit ꝺ̄ctōem Cū inē nullos. q̄ ibi determinat. q̄ qui p̄tinaciē tenet q̄ xp̄s z apl'i nō habuerūt aliqua in cōi. hereticus sit censend⁹. Hoc aūt nō p̄t intelligi q̄z̄tū ad solum nudū vsum facti. sicut aliqui exposuerūt. imo veri⁹ corrūpere voluerūt. q̄ p̄z. q̄ dñs papa Jo. illud q̄ō viri scolastici in dubiū reuocabāt. voluit declarare. vt p̄z ex ipso p̄ncipio ꝺ̄ctōnis. vbi ō̄. cum inē nōnullos viros scolasticos sepe ꝺ̄tingat in dubiū reuocare. sed p viros scolasticos nūq̄z fuit in dubiū reuocatū. q̄n xp̄s z apl'i habuerūt vsum facti in aliquib⁹ rebus necc̄rijs ad vitā. Sed bñ fuit in dubiū reuocatum. vtz in illis reb⁹ habuerūt ius z dñiūm in p̄prio vel in cōi. Cū ergo papa declarauerit q̄ deinceps asserere. q̄ nō habuerunt. hereticū sit censenduz. sequif q̄ nō de vsu solum. sed de iure z dñio intellexit. Secundo sciēdū q̄ cum declaratum sit sup̄. in tertio dubio q̄ impossibile est hr̄e vsum licitū alicui⁹ rei sine iure vtendi illa re. z oēs concedūt. q̄ xp̄s z apl'i habuerūt vsum aliquarū rez. sequif de necte q̄ in illis rebus habuerūt ius vtendi. nisi q̄s diceret q̄ habuerūt sp vsum nō iustū. q̄ blasphemū ē dicere. Sequif ergo q̄ xp̄s z apl'i nō potuerunt habere vsū facti denudatū iure vtēdi. Tertio sciendū q̄ cum declaratū sit s̄. in q̄rto dubio. q̄ in rebus q̄ vsu ꝺ̄sumūf nō possit separi vsus licit⁹ a iure in re. z non solum in vsu rei. z claz sit q̄ xp̄s z apl'i aliq̄s res vsu ꝺ̄sumpserūt. vt panē z vinum q̄ comedebāt z bibebāt. sequif q̄ in talibus rebus ius z dñium habebāt. nō vsum facti denudatū etiā iure in re. Quarto sciendū q̄ cū visuz sit in sexto dubio. q̄ habere in cōi in rebus necc̄rijs ad vitaz nō diminuit de pfectione psonali. nec de pfectōe status religiosoz vel platoz. sequif q̄ xp̄s z apl'i q̄z sūmā paupertatē vel sūmā pfectionē tenuerunt. q̄ propter b̄ non p̄bat. q̄ nō habuerunt aliqua in cōi. In ista g̃ qōne aut querif de xp̄o secūdum. aut de xp̄o et ap̄l's sil'. aut de ap̄l's tm̄. vt p⁹ ascensionem xp̄i. Si de xp̄o secūdum cū in xp̄o sint due nature. diuina pariē z humana. dubiū nō est q̄ de natura diuina locum non hz q̄ō ista. Sic enī xp̄s f̄m oēs hz verissime z p̄cipuissime dñium oīm naturarū. f̄m illud p̄s. xxiij. Dñi est terra z plenitudo ei⁹ ꝛc̄. Et hester. xiij. Dñs oīm tu es. intelligenda est ergo q̄ō de xp̄o f̄m humanā naturā. Sc̄do notādū q̄ dñium hr̄e de aliqua re p̄t intelligi dupl'r. q̄z aut infusum aut acq̄sitū. sicut dicim⁹ de scīa infusa vel acq̄sita circa aliquā cōclusionē. z utez dñium p̄t acquiri in aliq̄ re dupl'r. q̄z vel ex facto p̄prio sicut miles acq̄rit ex facto p̄prio. sez sui laboris dñium in stipēdio. vel ex alieno dono sicut acq̄rit pauper dñium in elemosina sibi liberaliter data. His p̄suppositis pono rñdendo ad q̄onem sex cōcl'ones. Prima ē. q̄ xp̄s ab instāti sue cōceptionis habuit dñium oīm rez. Sc̄da cōclusio q̄ xp̄s ex facto proprio habuit dñium acquisitū aliquarū rez. Tertia ꝺclusio q̄ habuit dñium aliquarū rez ex dono alioz. Quarta cōclusio q̄ apl'i p⁹ emissionē voti ō paupertate nō habuerūt in p̄prio dñium aliquarum rez. Quinta q̄ xp̄s z apl'i habuerūt dñium aliquarū rerum in cōi. Sexta cōclusio est. q̄ apl'i post ascensionē habuerūt dñiū aliquarū rez in cōi.

Prima conclusio §. XVII

p̄bat sic. s. q̄ xp̄s ab initio ꝺceptionis habuit dñiuz oīm rerum. bñs ius habendi aliquā rē z vtendi iure p̄prio p libito voluntatis z alienādi eā. habet dñium in illa re. b̄ patet ex declaratione tertij dubij. s. Sed xp̄s ab initio sue cōceptōis habuit tale ius in oībus rebus creatis. g̃ ꝛc̄. Probatio minoris p̄z. q̄ id quod

Capitulū IIII

habetur ad heb. ij. z sumit de ps. viij. Minuisti eū paulomīº ab āgelis ꝛc. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius. In eo enī ait apl⁹s. q⁹ ei subiecit oīa nihil dimisit nō subiectū. Nō exponēs glo. c. ij. ait. Ecce ptās xpī oñditur. vt enī a domī ope nihil excipiꝫ. ita nec a xpī ptāte. Attēde q⁹ nō simplr ait sup oīa opa. sed addidit manuū tuarū. s. sup dignioza etiā oīa. i. hoīmines z angelos. q̄ p excellentiā dicunt opa manuū dñi. Et nō solū ꝟstitut⁹. sup opa vt dignioza. sz etiā oīa subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. i. ptāti ei⁹ z dñio. possit enī esse supior. z nō dñari oīb⁹. Sed ōr. Subiecisti oīa nihil dimisit nō subiectū dñio ei⁹. Et q̄ aucte hr̄ q⁹ loquiꝫ de xpō ꝟm nām humanā. ꝟm quā minoratus ē paulomīº ab angelis. Et loqꝫ de subiectione nō solū mīº digna ad dignioꝛē. sed de subiectiōe q̄ est ē subditi ad hītē dñiū sup ipz. Probaꝫ idē p glo. sup illud hīs scptū in vestī nēto suo z i femore. Rex regū z dñs dñantiū Apoc. xix. vbi glo. inclinearis. In vestimēto. i. in humanitate. In femore vt demōstraret se devera ꝓgenie prīm poꝛ ꝓcessisse. Rex regū. i. scōꝛ q̄ se z alios ꝟtutib⁹ regunt. z dñs dñantiū. i. eoꝛ q̄ dñiū exercēt sup subditos. Tertio ꝓbaꝫ idem sup illud qō hr̄ Mat. vlti. qō dixit xp̄s resuscitatus apparēs discipul⁹. Data ē mihi oīs ptās in celo z in terra. Ubi glo. de coeꝫna prīs dīnitate. s. z de assumpta ōr būamitate. in q̄ minoꝛ angel⁹. Et ē glo. rabani Idē remigl⁹. Et h̄ sciendū q⁹ añq̄ dñs surrexiſſz. noverāt angeli se subditos hoī xpō. Uolēs ḡ xp̄s etiam hoīb⁹ notū fieri. q⁹ sibi data eēt oīs ptās in celo z in terra. misit p̄dicatores in mundū vniūsū. q̄ h̄ cūctis p̄dicarēt. Ad idē etiā. b. aug⁹. ps. ix. Donauit deus xpō ꝟm hoīem ꝟm carnez resurgēti. vt in noīe iesu oē genu flectaꝫ celestiū ꝛterrestriū z infernoꝛ. i. impio ei⁹ oēs fateanꝫ subiici angeli hoīes z demones. z subdit Eo q⁹ erat filī⁹ dō. factus ē dñs david. Nō obstat q⁹ xp̄s p⁹ resurrectionē dixit sibi datam ptātē hāc. Nō enī tūc ꝓmo sibi fuit data sz a ꝓncipio cōceptiōis. vt dictū ē. Sed in resurrectōe fuit data manifestatio talis iā facte collatiōis ptātis. Uñ exponunt doctores cōiter. b. aug⁹. z mgr sentē. in. iij. Data ē mihi. i. manifestata ee iā data. Dicit enī aliq̄n aliq̄d fieri. q̄n intelligit factū. Scōo idē. pbaꝫ sic. Illud qō fuit cōcatū viatori nec repugt fini incarnatiōis. nec iportat īperfectionē. sed magis dignitatē z pfectionē debuit cōicari xpō ꝟm humanā nām. qō nō repugt fini incarnatiōis. ꝓ tāto ōr. q⁹ sz imortalitatis q̄ potuit nō mori fuerit cōicatū ade. nec dicat īperfectionē sed pfectionē. tū q⁹ in xpō repugnasset fini incarnatōis. q̄n ad h̄ incarnat⁹ ē. vt p hoīb⁹ moꝛerē. z moꝛiēdo redimeret. z iō tale donū nō sibi debuit cōicari. Sed vbi ista tria cōcurrūt. s. q⁹ nō importet pfectionē. scōo q⁹ nō iportet dignitatē. tertio q⁹ nō repugnet fini incarnatiōis. magis debuit cōicari hoī xpō q̄z cuicūq̄z alteri. Sed dñiū oīm istoꝛ inferioꝛ cōicatū fuit ade instatu innocētie. vt pz p illud Heñ. ij. Dñamini piscibus marꝫ volatilib⁹ celi z bestijs terre. Ergo tale donū cū nō dicat imperfectionē sed pfectionē. nec repugt fini incarnatōis. debuit xpō cōicari ꝟm humanā naturā. Tertio idē. pbaꝫ sic. xpō ab instāti sue cōceptionis cōicata fuit scīa oīm. ḡ z cōicari sibi debuit potētia dñij oīm rex. Alīcedēs pz ꝟm oēs sctōs. saltē de his q̄ novit de⁹ scīa visiōis. Pña ē clara. q⁹ sic videt q̄z ad xp̄m de scīa z potētia respectu hoꝛ inferioꝛū ḡ ꝛc. Sed ꝫ p̄dictā ꝓclōem arguiꝫ Pzio sic. Nō iportat īperfectionē. nō debuit cōicari xpō ꝟm humanā nām. Sed hr̄e dñiū in ꝓpzio iportat īperfectionē vt ostensū ē. q⁹ ad pfectionē ptinet renūciare rebꝫ i ꝓpzio. Ergo tale dñium nō debuit xpō cōicari. Scōo arguiꝫ sic. frustra ē potētia q̄ nō reducit ad actū. sed dñiū tpaliū q̄rit ꝓter vsū. xp̄s aūt nō ē vsus dñio tē poꝛaliū. ḡ frustra sibi fuisset collatū tale dñiuz. Sed de⁹ z natura nihil frustra facīt. vt ōr phīl. in li. ō ce lo z mūdo. Tertio arguiꝫ sic. xp̄s pōt ꝓsiderari vl vt caput ecclie. vel vt ꝓsona singularꝫ. Sz de ipō loquimur nūc vt ꝓsona singularꝫ. Et ꝟm h̄ nō habuit dominiū ḡ ꝛc. Sz his nō obstātib⁹ firma z vera manet ꝓclō pzia. s. q⁹ habuit dñiū rerū sibi a deo infusū seu collatū. Et ad argumentū ꝓmū rñdet. q⁹ lz renūciare dñio rez in ꝓpzio sit instrm accōmodū ad pfectionez. tñ h̄ ē illis in q̄b⁹ hr̄e dñiū talīū rez ē natū inducere amoꝛē recuruū ad tpalia vl nimiā sollicitudinē z elationē. Sz in q̄b⁹ hr̄e dñiū in ꝓpzio nō ē natū inducē talia. in his hr̄e dñiū nō derogat perfectiōi. Alioq̄n de⁹ cū hēat dñiū oīm. h̄ diceret in eo īperfectionē. qō ē absurdū. Nō xp̄s ab initio sue cōceptiōis fuit cōprehensoꝛ ꝟm aiam. lz viatoꝛ ꝟm coꝛp⁹. Et iō possidere q̄ztacūq̄z tpalia. nō poterāt in eo inducē amoꝛē recuruum. vel distrahi p hec ab his q̄ sunt dei. Sciendū igīt q⁹ xp̄s in mūdū venīēs pauptatez assūpsit. nō in bñ vivēdi subsidiū. qz nō egebat. cū ipeccabilis esset sz solū in imitatiōis exemplū. ꝓpt̄ nos q̄ nati sum⁹ in ordiare affici ad tpalia z sollicitari z eleuari in superbiā ex eis. Et qz exēplū magis oñdit in vsu q̄z in dominio. iō xp̄s q̄ztū ad vsū pauptatē pfectiōi ꝟuenientissimā oñdit. lz q̄ztū ad dñiū esset dñs oīm. Ad secūdū rñdet. q⁹ potētia nō ē frustra. qñ ex ea nō reducīt in actū sicut in hoīe q̄ vorū castitatis emisit. potētia generādi nō ē frustra. Sicut etiā in deo. q̄ pōt ō hoīe facē vitulū. nō ē illa potētia frustra lz nūq̄z reducaꝫ ad actū. Quia ḡ xp̄s venit ad dādū nob⁹ pfectionis exēplū. iō cū exēplū maxīe ex vsu ostēdaꝫ. noluit dñio tali infuso vti. Et iō nō seqꝫ q⁹ in eo frustra fuit tale dñiū. Et forte aliq̄n vsus fuit tali dñio. z cū dixit Mat. xxi. Ite in castellum. soluite asinū ꝛc. Dñs his op⁹ hz. Ad tertiū dicēdū. q⁹ ista ꝓpositio xp̄s in q̄ztū caput ecclie habuit dñiū oīm rex est ꝓpositio reduplicata affirmatiua. Et iō lz inferre simplr. Ergo xp̄s habuit dñiū oīm rex. diffuse aūt tractat de ꝓpositōe reduplicata. sz obmitto. z sbdit. Ista simplr ē cōcedēda. xp̄s rōe būane nature hz dñiū oīm rex. Uñ si ista ē vera. q̄ tñ est falsa. vt j. videbiꝫ. xp̄s in q̄ztum gessit ꝓsonā ꝓfectoꝛ nō habuit aliq̄d in ꝓpzio vel in cōi. tñ ex q̄ cōcedit ista. xp̄s vt gessit ꝓsonā infirmoꝛ aliq̄d in cōi habuit. nō dz ꝓcedi simplr. ḡ xp̄s nō habuit aliq̄d in ꝓpzio vel in cōi. imo magis sua opposita. s. xp̄s simplr būit aliq̄d in ꝓpzio vel cōi. Sciēdū tñ ꝟm. b. tho. in. iij. pre. q. viij. q⁹ cadē ē gra xpī in q̄ztū caput ecclie. z in q̄ztū ꝓsona singularis. Uñ nō solū in q̄ztū ē caput ecclie hz dñiū oīm rōnabiliū z irōnabiliū. lz etiā in q̄ztū ꝓsona singularis. Et sic pz ꝓma ꝓclo. Et p̄dictis pz falsissimū esse qō dicūt isti fraticelli in q̄dā suo libello q̄ incipit vniūsis. s. in pri

mo capi. q̄ xp̄s inc̄pt̄ū hō non hūit dn̄iū oim tpaliū nec fuit ver⁹ rex. Sed inc̄pt̄ū de⁹ z inc̄pt̄ū hō habuit dn̄iū spūale ecclie nō tpale. Et q̄ Jo. dei minauit J rīū p̄ut ē ⁊itas. s. q̄ etiā inc̄pt̄ū hō hz dn̄iū oim. qđ pbatū ē. z fuit ver⁹ rex. dicūt esse hereticū. q̄ dei minauit J veritatē scripture dicētis Jo. xix. Regnū meū nō est de hoc mūdo. Et. b. aug. in ⁊moe de epha q̄ xp̄s nō venerat vt terrenū regnū p̄ciper. sed vt celeste donaret z silia. Ad q̄ rñdet. q̄ xp̄s vt dictū ē. s. z si dominiū hūit nō tñ vsus est eo. q̄ nō vixit vt rex. hz vt paup p̄pter ex̄plū nr̄m. vt induceret ad vitādū hoc mores z hmōi. Et sic regnū suū nō fuit de hoc mundo. q̄ nō mō mundani vsus. Sed q̄ rex fuit ipse ait pylato. Tu dicis q̄ rex sū ego. Et zach. ix. Ecce rex tuus venit tibi. Et in ps. ij. Ego J stitut⁹ sū rex ab eo. Ipsi ḡ sunt heretici. q̄ ptinacit impugnāt hāc ⁊itatē. In ij. c. illi⁹ pestiferi libelli dicūt. q̄ nō hūit dn̄iū oim in c̄pt̄ū hō. Sed oñsum ē hoc ee falsū. q̄ vtiq̄ habuit. z si nō sit vsus. q̄ nō vt dn̄s. sed vt paup vixit.

Secunda cōclusio. §. XVIII

p̄ncipal' est q̄ xp̄s ex p̄pio facto habuit dn̄iū acq̄sitū q̄rūdā rex. z hoc sic pbat. Suppono q̄ dn̄s redimēs aliquē de manu hostis acq̄rit sibi dn̄iū in illo sicut in seruo. z in bonis ei⁹ sicut in bonis seruī. sicut pbat ex̄ de iudeis. c. i. z vl. z di. iij. ex antiq̄s. z. c. frequēs. et xj. q. ij. cū redemptor. Hoc supposito sic arguit. Nō mai⁹ acq̄rit redimēs aliquē hoiem a morte corpis iuē. z in bona ei⁹ q̄s redimens eū a morte corpis z aie silr. Sed xp̄s a passione sua redemit gen⁹ humanū a morte corporis z aie. ꝛm illud. i. ad Cor vi. Empti estis p̄cio magno ꝛc. z Apo. v. Redemisti nos deo i sanguine tuo. z in alīs locis scripture. Ergo ex p̄pio facto xp̄s acq̄siuit sibi dn̄iū sup totū gen⁹ humanū. sicut in suos z in oīa bona eor sicut in bona seruor. Scdo pbat sic. Acq̄rēs de J digno ius aliq̄s iudicādi. acq̄rit dn̄iū aliq̄d sup eos. hoc patz p aplos ad Ro. xiij. Tu q̄ es q̄ iudicas alienū seruū. suo enī dño stat aut cadit. Sed xp̄s ꝛm humanā naturā ex p̄pio facto acq̄siuit sibi ius iudicādi viuos z mortuos. sicut apparet in pluribo locis scripture. ipse enī cōstitut⁹ ē a deo iudex viuor z mortuor. Act. x. Et. b. tho. deducit in. iij. pte. q̄ ꝛc. Sed J. q̄ qđ ē alicuius nō pōt sibi acq̄rere. q̄ qđ acq̄sitū ē non restat vlter⁹ acq̄rendū. hz xp̄s ab instāti sue J ceptiōis hūit dn̄iuz oim. vt oñsuz ē in p̄cedēti J clone. ḡ ex p̄pio facto nō habuit dn̄iū acq̄sitū. Rñdet q̄ hr̄e aliquā rē ptingit diūsis modis. Naz pōt q̄s hr̄e dn̄iū in aliq̄ re directū vel vtile. sicut etiā pōt hr̄e ius in aliq̄ re vel rone successiōis vel rone donatōis vel emptiōis vel hmōi. Uñ non repugt in eadē re hr̄i diūsa iura ꝛm modos alter⁹ z alter⁹ rōis. Mō dn̄iū infusū z dn̄iū acq̄sitū nō sunt eiusdē rōis. hz alter⁹ z alt⁹. Et iō nō repugnat. q̄ xp̄s respectu eiusdē rei habuit dn̄iū infusū et dn̄iū acq̄sitū. Et hoc satis pz in silī. Nā xp̄s ab instanti sue J ceptiōis hūit sciam infusam oim. z tñ postea hūit earūdē rer sciam acq̄sitā. vt pz Lu. ij. Jesus p̄ficiebat etate sapia z gra apd deū z hoies. Et q̄ pt sic argui. Nō magz repugnāt dn̄iū infusū z dn̄iū acq̄sitū. respectu eiusdē rei c̄pt̄ scia infusa z scia acq̄sita. Sz nō obstāte scia infusa quā hūit ꝺ oīa ab instāti sue J ceptiōis. hūit de eis etiā sciam acq̄sitā. q̄ nō obstāte dn̄io rex infuso potuit hr̄e etiā dn̄iū acq̄sitū de eis dē reb⁹. vt duplici iure sit dn̄s. s. infusor acq̄sito. Qđ q̄ dictū ē in ar. qđ ē habitū nō p̄ot acq̄ri. Rñdet verū est eodē mō q̄ ē habitū. hz hitū vno mō pōt hr̄i vel acq̄ri z alio mō. Sicut z qđ scitū est in vno mō sciri pōt z alio mō. Et bis pz falsitas tertij capli illi⁹ libelli hēretici. in q̄ dicūt cōclusiue. q̄ xp̄s in p̄cessu tpis nō acq̄siuit sibi dn̄iū in spāli aliqrū rer. Et J rīū dicūt ee heresim. q̄ J dicit scripture dicēti. Uti q̄s renūciauerit oīb q̄ possidet nō pōt ee me⁹ discipul⁹ Lu. xiij. Fecit aūt xp̄s qđ docuit. Sed declaratū ē qūo aliq̄ sibi acq̄siuit. Et auctas inducta quā male intelligūt nō obstat. Nā renūciauit xp̄s p̄fectissime oīb pl⁹ ceteris c̄pt̄ū ad effectionē. in q̄ J sistit p̄fectio essentialē Quo aūt ad affectū renunciauit etiā q̄ ad effectū in p̄pio oīb et oīb mobilib. q̄ oīa habuit cōia cum aplis. In cōi autē nō renūciauit ipse nec aplī mobilibus. sed imobilib. nec p hoc diminuit de p̄fectione nec augerek. si renūciasset in cōi etiā imobilb.

Tertia conclusio est. §. XIX

